

Ecclesiasticus

autē cum leticia receperunt hos q̄ eisdem vsi
erant institutis: seuissimis afflixerūt dolori-
bus. Percussisunt autēz cecitate: sicut illi in
foribus iusti cū subitanis coopti essent tene-
bris. Unusq̄sq̄ transitū ostij sui q̄rebat. In
seem̄ elementa dñi p̄uertunt: sicut in organo
q̄litas sonus immutat: et omnia suum sonus
custodiunt. Unde estimari ex ip̄o visu certo
potest. Agrestia em̄ in aquatica p̄uertebant
et quecūq̄ erant natantia: in terra trāsibant.
Ignis in aq̄ valebat supra suā virtutē et aqua
extinguentis nature obliuiscēbat. Flamme
ecōtrario corruptibiliū animalium non vera-
uerūt carnes coambulantium: nec dissoluebāt
illā q̄ facile dissoluebāt sicut glacies bonam
escam. In oibus em̄ magnificasti p̄plm tuum
dñe: et honorasti: et nō desperisti: in omi tpe:
et in omni loco assistens eis.

Explicit liber Sapientie.

Incipit prologus libri. Jesu filij syrach.
qui Ecclesiasticus appellatur.

Mortuū nobis et magnoꝝum
plegem et p̄phetas aliosq̄ q̄
secuti sunt illos sapia demō-
strata est: in q̄b̄ oportet lau-
dare istā doctrine et sapie cau-
sa: q̄ nō solū ip̄os loquētes
necessē esse peritos: sed etiā extraneos pos-
se et discētes et scribētes doctissimos fieri.
Quis me⁹ iesus post q̄ se ampli⁹ dedit ad di-
ligentiā lectiōis legis et p̄phetarū et alioꝝum li-
broꝝum q̄ nobis a parentibus n̄ris traditi sunt
voluit et ip̄e scribere aliq̄d horū q̄ ad doctri-
nam et sapiam p̄tinent: vt desiderantes discē-
re et illoꝝum periti fieri: magis magisq̄ artēdāt
aimo: et confirmēt ad legitimā vitam. Horto-
tor itaq̄ venire vos cū beniuolētia et attētio-
ri studio lectiōem facere: et veniā habere in illi
in q̄bus videmur sequentes imaginem sapie
et deficere in verboꝝum cōpositiōe. Nā deficiēt
v̄ba hebraica q̄n fuerint trāsata ad alteram
linguā. Non autē solū hec: sed et ip̄a lex et p̄-
phete: ceteraq̄ alioꝝum liboꝝum nō parua h̄nt
diferentiā q̄n inter se dicunt. Nā in octauo
et tricesimo anno t̄pibus p̄tolomei euerge-
tis regis post q̄ pueni in egyptū: et cū multū
t̄pis ibi fuisset: inueni ibi libros relictos nō
parue nec p̄temnēde doctrine. Itaq̄ bonū
et necessariū putauit: et ip̄e aliquā addē dilige-
tiā et labore iterp̄tadi liboꝝum istū et m̄tra vigilia
attuli doctrinā in spacio t̄pis ad illa q̄ ad finē
ducūt liboꝝum istū dare: et illi q̄ volūt animū in-
tēdē et discē queadmodū oporteat instituire
mores q̄ fm̄ legē dñi p̄posuerint vitā agere.

Explicit prologus.

Incipit liber Ecclesiasticus: Caplm



Omnis sapi-

entia a dño deo est: et cū
illo fuit semp̄ et est ante
euū. Arenam maris et
pluie guttas et dies se-
culi quis dinumerauit?

Altitudinem celi et lati-

tudinem terre et p̄fundū abyssi q̄s dimensus
est: Sapiam dei p̄cedentem omnia q̄s inuesti-
gauit: p̄rior om̄i creatā ē sapia: et intellect⁹
prudentie ab euo. Fons sapie v̄bum dei i ex-
celsis: et ingressus illius m̄adata et̄na Radix
sapientie cui reuelata est et astutias illius quis
agnouit: Disciplina sapie cui reuelata est et
manifestata: et multiplicationē ingressus illi⁹
q̄s intellexit: Unus est altissim⁹: creator om̄i
oipotens et rex potens et metuendus nimis:
sedens sup̄ thronū illius: et dominans deus.

Ip̄e creauit illā in sp̄u sancto: et vidit et dinu-
merauit et m̄sus est. Et effudit illam sup̄ om-
nia opa sua: et sup̄ omnē carnem: fm̄ datum
sui: et p̄bet illam diligentib⁹ se. Timor domi-
glā et gloriatio et leticia et corona exultatiōis

Timor domi delectabit cor: et dabit leticiam
et gaudium in longitudinem dierū. Timentī
dñm bñ erit in extremis et i die defūctiōis sue
bñ dicef.

Dilectio dei honorabil sapia: q̄bus
aut apparuerit in visu: diligunt eā: in visione
et in agnitione magnaliū suozū. Initiū sapie
timor dñi: et cū fidelibus in vulua cōcreatus
est et cū electis feminis gradif et cum iustis et
fidelibus agnoscf.

Timor dñi scie religiosi-
tas. Religiositas custodiet et iustificabit cor
iocunditatem atq̄ gaudium dabit. Timentī
deū bñ erit: et in diebus p̄solatiōis illi⁹ bñ di-
cetur.

Plenitudo sapie timere deum: et pleni-
tudo a fructibus illius Omnes domū illius
implebit a generatiōib⁹: et receptacula a the-
sauris illi⁹.

Corona sapie timor dñi: replens
pacem et salutis fructum: et vidit et dinume-
rauit eam. Itaq̄ aut sunt dona dei. Scien-
tiam et intellectū prudentie: sapia cōpartief
et glām tenētū se exaltat Radix sapie ē time-
re deum: et rami illius longeni.

In thesauris
sapie intellectus et sciētie religiositas execra-
tio autē peccatoribus sapiētia. Timor domi
expellit peccatū. Nam q̄ sine timore est: nec
poterit iustificari: iracūdia em̄ animositatis
illius subuersio illius est. Usq̄ in tempus su-
stinebit patiens: et postea redditio iocūditatis.

Bonus sensus vsq̄ in tempus abscedet
verba illius: et labia multozū enarrabunt sen-
sum illius. In thesauris sapie significatio di-

L

discipline: execratio autē peccatori cultura dei
fili cōcupiscens sapiam cōserua iusticiam: et
deus p̄bebit illam tibi. Sapiētia em̄ et disci-
plina timor domi: et quod beneplacitū est illi
fides et mansuetudo et adimplebit thesauros
illius. Contumax nō sis: et incredibilis timo-
ri dei. et ne accesseris ad illum duplici corde.
Refueris hypocrita in cōspectu hoim: et nō
scandalizeris in labijs tuis. Attende in illis
ne forte cadas et adducas anime tue in hono-
rationem: et reuelet deus absconsa tua: et in
medio synagoge elidat te: qm̄ accessisti mali-
gne ad domini: et cor tuum plēnū est dolo et
fallacia.

Fili accodens ad seruitutē dei sta i iu-
sticia et in timore: et p̄para aīam tuā
ad temptationem. **S**c̄hme cor tuū et
sustine: et inclina aurē tuam et suscipe v̄ba in-
tellectus: et ne festines in temp̄ obductiōis.
Sustine sustentatiōes dei: coniungere deo et
sustine: vt crescat in nouissimo vita tua. Om-
ne qd̄ tibi applicituz fuerit accipe et in dolore
sustine: et in humilitate tua patiētia habe: q̄-
niam in igne p̄bat aurum et argētum: boies
x̄o receptibiles in camino humiliatiōis. Cre-
de deo et recupabit te: et dirige viā tuā et spe-
ra in illum. Serua timorē illius: et in illo ve-
terasce. **M**etuentes dñm sustinete misericor-
diam eius et nō deflectatis ab illo ne cadatis
Qui timetis dñm credite illi: et nō euacuabi-
tur merces v̄ra. Qui timetis dñm sperate in
illū: et in oblectationē veniet vob̄ misericor-
dia. Qui timetis dñm diligite illū: et illumia-
buntur corda vestra. Respicite filiū nationes
hominū et scitote qz nullus sperauit in domi-
no: et cōfusus est. Quis em̄ pm̄asit in māda-
tis eius: et derelictus est? Aut q̄s inuocauit eū
et desperit illū: **Q**m̄ pius et misericors est deus.
et remittit in die tribulatiōis peccata: et prote-
ctor est omnibus ex̄rentibus se in x̄itate. **E**t
duplici corde et labijs scelestis et māibus ma-
lefacientibus: et peccatori terram ingredien-
ti duabus vijs. **E**t dissolutis corde: qui non
credunt deo: et ideo non p̄tegent ab eo. **E**t
his q̄ pdiderunt sustinētia: et qui derelique-
rūt vias rectas: et diuerterūt in vias prauas
Et qd̄ facient cū inspicere ceperit dominus?
Qui timent dñm non erūt incredibiles x̄bo
illius: et q̄ diligunt illū conseruabūt verbum
illius. Qui timent dñm inq̄rent que bñplaci-
ta sunt ei: et q̄ diligunt eū replebunt lege ip̄i.
Qui timent dñm p̄parabūt corda sua: et i cō-
spectu illius sanctificabūt aīas suas. Qui ti-
ment dñm custodiūt mādata ei: et patiētiam
habebūt vsqz ad inspectionē illi: dicētes. Si
p̄niam nō egerimus incidemus in manū dñi:

et non in manus hoim. **S**c̄dm em̄ magnitudē
nē illi? sic et misericordia illius cū ip̄o est. **M**
Fili sapiētie eccl̄a iustorū: et natio il-
lorum obediētia et dilectio. **J**udiciū
patris audite filiū: et sic facite vt salui
sitis. **D**eus em̄ honorauit patrē in filiis: et iu-
diciū matris ex̄rens formauit i filios. **Q**ui
diligat deum exorabit p̄ peccatis: et contine-
bit se ab illis: et in oratiōe dierū exaudiet: et si-
cut q̄ thesaurizat: ita et q̄ honorificat matrem
suā. **Q**ui honorat patrem suū iocundabitur
in filiis: et in die orationis sue exaudiet. **Q**ui
honorat patrē suum vita viuet longiore: et q̄
obedit patri refrigerabit matrem. **Q**ui timet
dñm honorat parētes: et quasi domus serui
et his q̄ se genuerūt in ope et in sermōe et om-
ni patiētia. **H**onora patrem tuū vt supueni-
at tibi bñdictio a deo et bñdictio illi: in nouis-
simo maner. **B**ñdictio patris firmat domos
filiorū: maledictio autē matris eradicat fun-
damenta. **R**egloreris in contumelia patris
tui: nō em̄ est tibi gloria sed p̄fusio. **E**t enim
hois ex̄ honore patris sui: et dedecus filij pa-
ter sine honore. **F**ili suscipe senectam patris
tui: et nō cōtristes eū in via illius: et si defece-
rit sensu: veniam da: et ne spernas eum in tua
x̄tute. **E**lemosyna em̄ patris non erit in obli-
uione. **M**am p̄ peccato matris restituetur tibi
bonū: et in iusticia edificabit tibi: et in die tri-
bulationis cōmemorabit tui: et sicut in sere-
no glacies soluent peccata tua. **Q**uā male fa-
me est q̄ derelinquit patrem: et est maledictus
a deo qui exasperat matrē. **F**ili in mansuetu-
dine opa tua p̄fice: et sup hoim glām diliger.
Quanto magnus es humilia te in omnib: et
coram deo inuenies gratia: quoniam magna
potētia dei solius: et ad humilibus honorat.
Altiora te ne quesieris: et fortiora te ne ser-
uatus fueris: sed q̄ p̄cepit tibi deus illa cogi-
ta semp: et in pluribus opibus eius ne fueris
curiosus. **N**ō est em̄ tibi necessariū ea que ab-
scondita sunt videre oculis tuis. **I**n superua-
cuis rebus noli scrutari multiplicat: et in plu-
ribus operibus eius nō eris curiosus. **P**lu-
rima em̄ super sensum hoim ostensa sunt tibi.
Multos enim supplantauit suspitio illorum:
et in vanitate detinuit sensus illorū. **C**or du-
rum habebit male in nouissimo: et q̄ amat pi-
culum in illo pibit. **C**or ingrediēs duas vias
nō habebit successus: et prauū cor in illis scā-
dalizabit. **C**or neqz grauabit in doloribus.
et peccator adijciet ad peccandū. **S**ynagoge
supborum nō erit sanitas: frutex em̄ peccati
eradicabit in illis et non intelliget. **C**or sapi-
ens intelliget in sapiētia et auris bona audi-
et cum omni cōcupiscentia sapiam. **S**apiens

Ecclesiasticus

cor: et intelligibile abstinebit se a peccatis: et in operibus iusticie successus habebit. Ignem ardentem extinguit aqua: et elemosyna resistit peccatis: et deus p̄spector est eius q̄ reddit gr̄am. Meminit in posterum: et in tēpe casus sui inueniet firmamentum.

III

Fili elemosynam paupis ne defraudes: et oculos tuos ne transuertas a paupe. Animam esurientem ne despereris: et non exasperes paupem in inopia sua. Cor inopis ne afflixeris: et non p̄trahas datum angustianti. Rogationem contribulati ne abijcias: et nō auertas faciem tuam ab egeno. Ab inope ne auertas oculos tuos p̄pter iram: et nō relinquant te tibi retro maledicere. Maledicentis enim tibi in amaritudine anime exaudiet deprecationem illius: exaudiet autem eum q̄ fecit illum. Cōgregationi pauperum affabilem te facito: et p̄bytero humilia animam tuam: et magnato humilia caput tuum. Declina pauperi sine tristitia aurem tuam: et redde debitum tuum: et responde illi pacifice in mansuetudine. Libera eum q̄ iniuriā patit de manu supbi: et nō acideferas in anima tua. In iudicando esto pupillis misericors vt pat̄: et p̄ viro m̄ri illorum: et eris tu velut fili' altissimi obediēs: et misereris tui magis q̄ mat̄. Sapia filijs suis vitam inspirat: et suscipit in q̄retes se: et p̄bit in via iusticie. Et q̄ illa diligit: diligit vitam: et q̄ vigilauerint ad illam: complectentur placorem eius. Qui tenuerint illam: vitas hereditabunt: et q̄ introibit b̄ndicet deus. Qui fuit ei obsequēs erūt sancto: et eos q̄ diligūt illam: diligit deus. Qui audit illam iudicabit gētes: et qui intuet illam p̄manebit cōfidens. Si crediderit ei hereditabis illam: et erūt in p̄firmatiōe creature illorum: qm̄ in temptatiōe ambulat cū eo: et in p̄mis eligit eum. Timorē et metū et p̄batōem inducet sup illū: et cruciabit illū in tribulatiōe doctrine sue dōec tēptet eum in cogitatiōibus suis: et credat anime illius. Et firmabit illū: et iter adducet directū ad illū: et letificabit illū: et denudabit absconsa sua illi: et thesaurisabit sup illū sciam et intellectū iusticie. Si autem oberrauerit derelinquet eum et tradet eum in manus inimici sui. Fili cōserua t̄pus: et deuota a malo. Pro anima tua ne cōfundaris dicere verū. Est enim cōfusio adducēs peccatū: et est cōfusio adducens gr̄iam et gratiam. Ne accipias faciem aduersus faciem tuam: nec aduersus animam tuam mendaciū. Ne reueraris proximum tuum in casu suo: nec retineas verbū in tēpe salutis. Nō abscondas sapientiam tuam in core suo. In lingua enim sapientia dinoscit: et sensus et scientia et doctrina in v̄bo sensati: et firmamentū in opibus iusticie. Nō cōtradi-

cas verbo veritatis v̄lo mō: et de mendacio ineruditōis tuis cōfundere. Nō cōfundaris confiteri peccata tua: et ne subijcias te omni homi p̄ peccato. Noli resistere contra faciem potentis: nec coneris contra ictum fulminis. Pro iusticia agonizare p̄ aia tua: et vsq̄ ad mortē certa p̄ iusticia: et deus expugnabit p̄ te inimicos tuos. Noli citatus esse in lingua tua: et inutilis et remissus in operibus tuis. Noli esse sicut leo in domo tua euertens domos tuos: et opprimēs subiectos tibi. Non sit p̄orrecta manus tua ad accipiendū et ad dandum collecta.

V

Noli attendere ad possessiones iniq̄s: et ne dixeris: est mihi sufficiens vita. Nihil enim p̄derit in tempore vindicte et obductionis. Ne sequaris in fortitudine tua cōcupiscentiam cordis tui: et ne dixeris: Quod potui: aut quis me subijciet p̄pter facta mea. Deus enim vindicans vindicabit. Ne dixeris: Peccaui: et qd̄ mihi accidit triste? Altissimus enim est patiens redditor. Ne p̄piciato peccato noli esse sine metu: neq̄ adijcias peccatum sup peccatū et ne dicas. Misericordia domini magna est: multitudo peccatorum meorum miserebitur. Misericordia enim et ira ab illo cito p̄rmanant: et in peccatores respicit ira illius. Nō tardes conuerti ad dñm: et ne differas de die in diē. Subito enim veniet ira illi: et in tempore vindicte dispdet te. Noli anxius esse in diuitijs iniustis: nō enim p̄derunt tibi in die obductionis et vindicte. Nō vētilēs te in omnē vētum: et nō eas in omnē viam. Sic enim omnis peccator p̄bat in duplici lingua. Esto firmus in via domi: et in veritate sensus tui et sciētia: et p̄sequat te v̄bum pacis et iusticie. Esto mansuetus ad audiendū v̄bum dei vt intelligas: et cū sapiētia p̄feres responsū verū. Si est tibi intellectus respōde primo: sin autem: sit manus tua sup os tuū: ne capiaris in verbo indisciplinato et cōfundaris. Honor et gloria in sermone sensati: lingua v̄o imprudētis subuersio est ipsius. Nō appelleris susurro in vita tua: et lingua tua ne capiaris et p̄fundaris. Sup furem enim est cōfusio et penitētia: et denotatio pessima super bilinguem: susurratori autem odiū et inimicitia et cōtumelia. Iustificatus pusillū et magnū similiter.

VI

Noli fieri p̄ amico inimicus proximo in Improperium enim et cōtumeliā malus hereditabit: et omnis peccator inuidus et bilinguis. Non te extollas in cogitatione anime tue velut thaurus ne forte elidat virtus tua p̄ stulticiā et folia tua comedat: et fructus tuos perdat: et relinquaris velut lignum aridum in heremo. Bona enim nequam

disperdet q̄ se habet: ⁊ in gaudium inimicis
dat illū: ⁊ deducet in sorte impiorū. Verbum
dulce multiplicat amicos ⁊ mitigat inimicos
⁊ lingua eucharis in bono homie abūdabit.
Multi pacifici sint tibi: ⁊ cōsiliarius sit tibi
vnus de mille. Si possides amicū in tempta-
tione posside eum: ⁊ ne facile credas ei teipm̄.
Est enī amicus fm̄ tempus suū: et non p̄ma-
nebit in die tribulatiōis. Et est amicus q̄ cō-
uertit ad inimicitiam: ⁊ est amicus q̄ odium
⁊ rixam ⁊ cōiūcia denudabit. Est autem ami-
cus socius mense: ⁊ nō permanebit in die ne-
cessitatis. Amicus si p̄manerit fixus erit tibi
quasi coequalis: ⁊ in domesticis tuis fiducia
liter ager. Si humiliauerit se cōtra te: ⁊ a fa-
cie tua absconderit se: vnanimē habebis ami-
ciciam bonam. Ab inimicis tuis separe: ⁊ ab
amicis tuis attēde. Amicus fidelis: p̄tectio
fortis: q̄ autē inuenit illū: inuenit thesaurum.
Amico fideli nulla est cōparatio: ⁊ nō est di-
gna ponderatio auri ⁊ argenti contra bonita-
tem fidei illi. Amicus fidelis medicamentū
vite ⁊ immortalitatis: ⁊ q̄ metuūt dñm inue-
nient illū. Qui timet deū eque habebit ami-
ciciam bonam: qm̄ fm̄ illū erit amicus illius.
Fili a iuuetute tua excipe doctrinam: ⁊ vsq̄
ad canos inuenies sapiētā. Quasi is q̄ arat
⁊ q̄ seminat accede ad eam: et sustine bonos
fructus illius. In ope enī ip̄ius eriguum la-
borabis ⁊ cito edes de generationibus illius.
Quā aspera est nimū sapia in doctis homi-
bus: ⁊ nō p̄manebit in illa excors. Quasi la-
pidis virtus p̄batio erit in illis ⁊ non demo-
rabunt p̄icere illam. Sapiētia enī doctrine
fm̄ nomē est eius: ⁊ nō est multis manifesta.
Quibus aūr cognita est p̄manet vsq̄ ad con-
spectum dei. Audi fili ⁊ accipe cōsiliū intel-
lectus: ⁊ ne abijcias consiliū meū. Inijce pe-
dem tuū in cōpedes illius: ⁊ in torques illi
collum tuū. Subijce humerū tuū ⁊ porta illā
⁊ ne accidieris vinculis eius. In omni animo
tuo accede ad illā: ⁊ in omni v̄tute tua cōser-
ua vias eius. Inuestiga illā ⁊ manifestabit
tibi: ⁊ continens factus ne derelinquas eam.
In nouissimis enī inuenies req̄em in ea: ⁊ cō-
uertet tibi in oblectationē. Et erūt tibi cōpe-
des ei⁹ in p̄tectionē fortitudinis: ⁊ bases vir-
tutis ⁊ torques illius in stolā gl̄e. Decor enī
vite est in illa: ⁊ vincula illius alligatura sa-
lutis. Stola gl̄e indues eam: ⁊ coronā gratu-
lationis impones tibi. Fili si attēderis mihi
disces eā: ⁊ si accomodaueris animū tuū sa-
piens eris. Si inclinaueris aure tuā excipies
doctrinā: ⁊ si dilexeris audire sapiens eris.
In multitudine p̄sbyterorū prudentiū sta: ⁊
sapie illorū ex corde p̄iungere: vt omnē nar-

rationē dei possis audire: ⁊ p̄bia laudis nō
effugiāt a te. Et si videris sensatū euigila ad
eum: ⁊ gradus ostiorū illius exerat pes tu⁹.
Cogitatū tuū habe in p̄ceptis dei: ⁊ in man-
datis illi⁹ maxie assiduus esto: ⁊ ip̄e dabit ti-
bi cor: ⁊ p̄cupia sapie dabit tibi. VII

Noli facere mala: ⁊ nō te apprehendēt
discede ab iniquo ⁊ deficiēt mala abs-
te. Fili nō semines mala i sulcis iniu-
sticie: ⁊ nō metes eā in septuplū. Noli quere-
re ab homine ducātū: neq̄ a rege cathedram
honoris. Non te iustifices ante deū quoniam
agnitor cordis ip̄e est: ⁊ penes regē noli vel-
le videri sapiens. Noli querere fieri iudex nisi
valeas virtute irrupere iniquitates: ne forte
extimescat faciem potētis: ⁊ ponas scandalū
in agilitate tua. Non pecces in multitudine ci-
uitatis: nec te immittas in pplm̄: neq̄ alliges
duplicia peccata. Nec enī in vno eris immu-
nis. Noli esse pusillanimis in animo tuo. Ex-
orare ⁊ facere elemosynam ne despicias. Ne
dicas in multitudine numerū meorū respiciet
deus: ⁊ offerete me deo altissimo mīera mea
suscipiet. Nō irrideas homiem in amaritudine
anime: est enī qui humiliat ⁊ exaltat circūspe-
ctor de⁹. Noli amare mendaciū aduersus fra-
trem tuū: neq̄ in amicū similit facias. Noli
velle mentiri omne mendaciū: assiduitas enī
illius nō est bona. Noli p̄bosus esse in multi-
tudine p̄sbyterorū: ⁊ nō iteres p̄bum in ora-
tione tua. Non oderis laboriosa opa ⁊ rusti-
cationem creatā ab altissimo. Nō te reputes
in multitudine indisciplinatorū. Memento
ire qm̄ nō tardabit. Humilia valde spiritum
tuū: qm̄ vindicta carnis imp̄ij: ignis ⁊ p̄mis.
Noli p̄uaricari in amicū pecuniā differētem
neq̄ fratrem carissimū auro spreueris. Noli
discedere a muliere sensata ⁊ bona quā sorti-
tus es in timore dñi: gr̄a enī verecūdie illius
sup̄ aurū. Nō ledas seruū in veritate operā-
tem: neq̄ mercennariū dante animam suam.
seruus sensatus sit tibi dilectus quasi anima
tua: ⁊ nō defraudes illū libertate: neq̄ iopē
derelinquas illū. Pecora tibi sunt attēde illi
⁊ si sunt vtilia p̄seuerēt apud te. Filij tibi sunt
erudi illos: ⁊ curua illos a puericia eorū. Fil-
lie tibi sunt serua corpus illarū: ⁊ non osten-
das hilarē faciē tuā ad illas. Trade filiam ⁊
grāde op⁹ feceris: ⁊ homini sensato da illam.
Mulier si est tibi fm̄ aiām tuā: nō p̄icias il-
lam: ⁊ odibili nō credas te in toto corde tuo.
Honora p̄rem tuū: ⁊ gemit⁹ m̄ris tue ne obli-
uiscar. Memento qm̄ nisi p̄ illos nar⁹ nō fuif-
ses: ⁊ retribue illis quō ⁊ illi tibi. In tota aiā
tua time dñm: ⁊ sacerdotes illius sanctifica.
In oi v̄tute dilige eū q̄ te fecit: ⁊ mistros ei⁹.

Ecclesiasticus

ne derelinquas. honora deū ex tota aia tua
et honorifica sacerdotes: et purgare te cū bra-
chis. Da illis partē sicut mandatum est tibi
primitiarum et purgationis: et de negligentia
tua purga te cū paucis. Datū brachioꝝ tuo-
rum: et sacrificiū sanctificatiōis offeres domi-
no: et initia sanctorū: et paup̄i porrige manus
tuas ut proficiat p̄piciatio et b̄ndictio tua: gra-
tia datur in cōspectu om̄is uiuentis: et mor-
tuo nō phibeas gratiā. Nō desis plorātib⁹
in cōsolatione: et cum lugētibus ambula. Nō
te pigeat visitare infirmum: ex his em̄ in di-
lectione firmaberis. In oib⁹ opibus tuis
memorare nouissima tua: et in eternum non
peccabis.

VIII

Non litiges cū homie potente: ne for-
te incidas in manus illius. Nō con-
tendas cū viro locuplete: ne forte cō-
tra te cōstituet litē tibi. Multos em̄ pdidit
aurū et argentū: et vsq; ad cor regum extēdit
et perierit. Nō litiges cū hoīe linguato: et nō
strues in ignem illius ligna. Nō cōmunices
homī in docto: ne male de p̄genie tua loqua-
tur. Ne despicias hoīem auertentē se a pec-
cato: neq; improperes ei. Memēto qm̄ oēs
in corruptione sumus. Ne spernas hominem
in sua senectute: et em̄ ex nobis senescunt. No-
li de mortuo inimico tuo gaudere: sciens qm̄
omēs morimur: et in gaudiū volum⁹ venire.
Ne despicias narrationē p̄sbyterozum sapi-
entium: et in puerbijs eozū cōuersare. Ab ip-
sis em̄ discēs sapiam et doctrinā intellectus:
et seruire magnatis sine q̄rela. Non te p̄tere-
at narratio seniorū: ipsi em̄ didicerūt a patri-
bus suis. Quā ab ip̄is discēs intellectū: et in
tpe necessitatis dabis respōsum. Non incen-
das carbones peccatorū arguens eos: et nei-
cendaris flamma ignis peccatorum illorum.
Ne cōtra faciē stes cōtumeliosus: ne sedeat q̄si
insidiator ori tui. Noli fenerari homī fortio-
ri te: q̄ si feneraueris q̄si pditū habe. Nō spō-
deas sup̄ virtutem tuā: q̄ si spōponderis qua
si restitues cogita. Nō iudices p̄tra iudicem
qm̄ fm̄ qd̄ iustū est iudicat. Cum audace nō
eas in via: ne forte grauet mala sua in te. Spe-
em̄ fm̄ voluntatē suā vadit: et siml̄ cū stulti-
cia ip̄ius pies. Cū iracūdo nō facias rixā: et
cū audace nō eas in desertū: qm̄ q̄si nihil est
q̄n̄ illū sanguis: et vbi nō est adiutorū elidet
te. Cū fatuis p̄siliū nō habeas: non em̄ pote-
runt diligere nisi q̄ eis placēt. Corā extraneo
ne facies cōsiliū: nescis em̄ qd̄ pariet. Nō oī
homini cor tuū manifestes: ne forte inferat tibi
grām fallam et cōuicietur tibi.

IX

Non zeles mulierē sinus tui: ne osten-
dat sup̄ te maliciā doctrine nequam

Nō des mulieri potestatem aie tue. ne ingre-
diatur in virtute tua et cōfundaris. Ne respici-
as mulierē malivolā: ne forte incidas in la-
queos illi⁹. Cū saltatrice ne assiduus sis nec
audias illā: ne forte peas in efficaciat illi⁹. Vir-
ginem ne cōspicias: ne forte scandalizeris in
decore illius. Ne des fornicarijs aiam tuam
in villo: ne pdas te et hereditatē tuā. Noli cir-
cūspicere in vicis ciuitatis: nec oberraueris
in plateis illius. Auerte faciē tuā a muliere
compta: et ne circūspicias sp̄m̄ alienā. Pro-
pter speciem mulieris multi pierūt: et ex hoc
cōcupiscentia q̄si ignis exardescit. Ois mu-
lier que est fornicaria q̄si stercus in via ab oī-
bus p̄tereuntibus cōculcabif. Speciem mu-
lieris aliene mlti ammirati: reprobi facti sunt
colloquiū em̄ illius q̄si ignis exardescit. Cū
aliena muliere ne sedeas omnino: nec accum-
bas cū ea sup̄ cubitū: et nō alterceris cum illa
in vino: ne forte declinet cor tuū in illā et san-
guine tuo labaris in pditionē. Ne derelinq̄s
amicū antiquū: nouus em̄ nō erit similis illi.
Vinū nouum amicus nouus. Veterascat: et
cū suauitate bibas illud. Nō zeles gloriā et
opes peccatoris: nō em̄ scis q̄ futura sit illius
subuersio. Nō placeat tibi iniuria iniustozū.
sciens qm̄ vsq; ad inferos nō placebit impi⁹.
Lōge abesto ab homie potestatē habēte oc-
cidendi: et nō suspicaberis timorē mortis. Et
si accesseris ad illū noli aliqd̄ committere: ne
forte auferet vitā tuā. Cōmunionem mortis
scito: qm̄ in medio laqueorum ingredieris: et
sup̄ dolentiū arma ambulabis. Scdm̄ virtutē
tuā caute a pximo tuo: et cū sapiētib⁹ et pru-
dentibus tracta. Viri iusti sint tibi conuiue.
et in timore dei sit tibi gloriatio: et in sensu sit
tibi cogitatus dei: et om̄is enarratio tua in p̄-
ceptis altissimi. In manu artificū opa lauda-
bunt et p̄nceps populi in sapia sermonis sui
in sensu dō seniorū d̄bum. Terribilis est i ci-
uitate sua hō linguosus et temerarius: in d̄bo
suo odibilis erit.

X

Rex sapiens iudicabit populū suū
et p̄ncipat⁹ sensati stabilis erit. Scōz
iudicē populi: sic et mistri eius: et q̄lis
rector est ciuitatis: tales et inhabitātes in ea.
Rex insipiens pdet p̄lin suoz: et ciuitates in-
habitabunt p̄ sensum prudētū. In māu dei
potestas terre: et execrabilis om̄is iniquitas gē-
tium: et vtilē rectorē suscitabit in tpus sup̄ il-
lam. In manu dei potestas homis: et sup̄ fa-
ciem scribe imponet honorē suū. Omnis ini-
urie pximi ne memineris et nihil agas i ope-
ribus iniurie. Odibilis coram deo est et ho-
minibus supbia: et execrabilis omnis iniqui-
tas gentiū. Regnum a gente in gentē transf-

fertur ppter iniusticias ⁊ iniurias ⁊ cōtume-
lias ac diuersos dolos. Auaro autē nihil est
scelestius. Quid supbis terra ⁊ cinis? Nihil
est iniquius q̄ amare pecuniā. **H**ic em̄ ⁊ ani-
mam suā venalem habet: qm̄ in vita sua pie-
cit intima sua. **O**mnis potentatus breuis vi-
ta. languor plixio: grauat medicū. Breuem
languorem precidit medicus: sicut et rex ho-
die est ⁊ cras moriet̄. **C**ū em̄ moriet̄ hō: here-
ditabit serpentes ⁊ bestias ⁊ vermes. **I**nitiū
supbie homis apostatare a deo: qm̄ ab eo q̄
fecit illum recessit cor eius: qm̄ initium omis
peccati est supbia. **Q**ui tenuerit illā adimple-
bitur maledictis: ⁊ s̄uertet eū in finem. **P**ro-
pterea exhorauit dñs cōuentus malorum
⁊ destruxit eos vsq; in finem. **S**edes ducum
supborum destruxit deus: et sedere fecit mi-
tes p̄ eis. **R**adices gētiū supbarum arefecit
deus: et plantauit humiles ex ip̄is gentibus.
Terras gētiū euertit dñs. ⁊ perdidit eas vsq;
ad fundamentuz. **A**refecit deus ex ip̄is et
disperdidit eos: ⁊ cessare fecit memoriā eorum
a terra. **M**emoriā supborū perdidit deus: ⁊
reliq̄t memoriā humiliū sensu. **N**on est crea-
ta homibus supbia: neq; iracūdia natōi mu-
lierū. **S**emen hominū honorabit̄ hoc quod
timet deū: semen autē hoc exhorabit̄ qd̄ p̄-
terit mandata domini. **I**n medio fratrum re-
ctor illoz in honore: ⁊ qui timent dñm erūt
in oculis illius. **G**loria diuitum honoratorū
⁊ pauperū timor dei est. **N**ō desp̄icere homi-
nem iustū pauperē: ⁊ nō magnificare virum
peccatorem diuitē. **M**agnus est iudex ⁊ po-
tens est in honore: ⁊ non est maior illo qui ti-
met deū. **S**eruo sensato liberi seruiunt: ⁊ vir
prudēs ⁊ disciplinatus nō murmurabit cor:
reptus ⁊ inscius non honorabit̄. **N**oli extol-
lere te in faciendo ope tuo: ⁊ noli cunctari in
tempe angustie. **M**elior est q̄ operat̄ ⁊ abū-
dat in omnibus: q̄ qui gloriat̄ et eget pane.
Fili in mansuetudine serua aiā tuā: ⁊ da il-
li honorem s̄m meritum suū. **P**eccantem in
aiā suā q̄s iustificabit? **E**t quis honorifi-
cabit exhorozantē aiā suā? **P**aup gloriat̄
p̄ disciplinā ⁊ timorem suū: ⁊ est hō q̄ hono-
rificat̄ ppter subam suā. **Q**ui autē gloriat̄ in
paupertate: quantomagis in suba. **E**t q̄ glo-
riat̄ in suba: paupertatem vereat̄. **XI**

Sapientia humiliati exaltabit caput
illius: ⁊ in medio magnatorū cōfede-
re illū faciet. **N**ō laudes virū in spe-
cie sua: neq; spernas hoiem in visu suo: bre-
uis in volatilibus apis: ⁊ initiū dulcoris ha-
bet fructus illius. **I**n vestitu ne glories vnq̄
nec in die honoris tui extollaris. **Q**m̄ mira-
bilis opa altissimi solius: ⁊ gloriosa ⁊ absco-

sa ⁊ inuisa opa illius. **M**ulti tyrāni sederūt
in throno ⁊ insusp̄cabilis portauit diadema.
Multi potentes oppressi sunt valide: et glo-
rioli traditi sunt in manus alterozū. **P**riusq̄
interrogēs ne vitupes quēq; ⁊ cū interro-
gaueris: corripe iuste. **P**riusq̄ audias ne re-
spōdeas v̄bum: ⁊ in medio seniorū ne adūci-
as loqui. **D**e ea re q̄ te nō molestat: ne certē
⁊ in iudicio peccantiū ne cōsistas. **F**ili ne in
multis sint actus tui: ⁊ si diues fueris nō eris
immunis a delicto. **S**i em̄ secutus fueris nō
apprehendes: ⁊ non effugies si p̄curreris. **E**st
hō laborās ⁊ festinās ⁊ dolens impius: ⁊ t̄
tomagis nō abūdabit. **E**st homo marcidus
egens recuperatōe: plus deficiēs v̄tute: ⁊ abū-
dans paupertate: et oculus dei respexit illū in
bono: ⁊ erexit eū ab humilitate ip̄ius ⁊ exal-
tauit caput eius ⁊ mirati sunt in illo multi et
honorauerūt deū. **B**ona ⁊ mala: vita ⁊ mors
paupertas ⁊ honestas a deo sunt. **S**apientia
disciplina ⁊ sciētia legis apud dñm: dilectio et
vie bonozū apud ip̄m. **E**rror ⁊ tenebre pec-
catoribus p̄creata sunt: q̄ autē exultant in mal-
lis: cōfenescūt in malo. **B**atio dei p̄manet ius-
tis: ⁊ p̄fectus illi⁹ successus habebit in eter-
num. **E**st q̄ locupletat̄ parce agēdo ⁊ hec est
pars mercedis illius in eo q̄ dicit: inueni re-
quiem mihi: ⁊ nūc māducabo de bonis meis
solus: ⁊ nescit q̄ temp⁹ p̄treat illum ⁊ mors
appropinquet: ⁊ relinquat omnia alijs: ⁊ mo-
riatur. **S**ta in testamento tuo ⁊ in illo colloq̄-
re: ⁊ in ope mandatorū tuozuz veterasce. **N**e
manseris in operibus peccatorū. **C**ōfide autē
in deo: ⁊ mane in loco tuo. **F**acile est enim in
oculis dei subito honestare pauperē. **B**ene-
dictio dei in mercedē iusti festinat: ⁊ in hono-
re veloci p̄cessus illius fructificat. **N**e dicas
qd̄ est mihi opus ⁊ q̄ erunt mihi ex hoc bōa?
Ne dicas. **S**ufficiēs mihi sum: ⁊ qd̄ ex hoc
pessimabor? **I**n die bonozū ne immemor sis
malozū: ⁊ in die malozū ne immemor sis bo-
nozū: qm̄ facile est coram deo in die obit⁹ re-
tribuē vnicuiq; s̄m vias suas. **M**alicia ho-
re obliuionē facit luxurie magne: ⁊ in fine ho-
minis denudatio operū illius. **A**nte mortem
nelaudes homiē quēq;: qm̄ in filijs suis a-
guoscif vir. **N**ō omnē hoiem inducas in do-
mum tuā: multe em̄ sunt insidie dolose. **S**i-
cut em̄ eructant p̄cordia ferentiū: ⁊ sicut per-
dix inducif in caueā: ⁊ vt caprea in laqueuz
sic ⁊ cor supborū: ⁊ sicut p̄spectoz videns ca-
sum p̄rmi sui. **B**ona em̄ in mala p̄uertēs in-
sidiatur: ⁊ in electis imponet maculā. **A**b sci-
tilla enim vna auget̄ ignis et ab vno doloso
auget̄ sanguis: hō v̄o peccator sanguini infi-
diatur. **A**tende tibi a pestifero: fabricat em̄

Ecclesiasticus

mala: ne forte inducat sup te subannationem in perpetuum. Admitte ad te alienigenā: et subuertet te in turbie: et alienabit te a vijs pprijs

Benifeceris scito cui fecece. **XII**
ris: et erit gratia in bonis tuis multa. **B**enifac iusto et inuenies retributionem magnam: et si non ab ipso: certe a domino. **N**on est enim ei benifac qui assiduus est in malis: et elemosynas non danti: quoniam et altissimus odium habet peccatores: et misericors est penitentibus. **B**ene fac cordi: et ne suscipias peccatorem: et impijs et peccatoribus redde vindictam custodies eos in die vindicte. **B**ene fac bono et non receperis peccatorem. **B**enifac humili: et non dederis impio. **P**rohibe panes illi dare: ne in ipsis potentior te sit. **N**am duplicia mala inuenies in omnibus bonis quecumque feceris illi: quoniam et altissimus odium habet peccatores: et impijs reddet vindictam. **N**on agnosces in bonis amicus: et non abscondes in malis inimicum. **I**n bonis viri inimici illius: in tristitia et in malicia illius amicus agnitus est. **N**on credas inimico tuo in eternum. **S**icut enim eramentum eruginat nequitia illius. **E**t si humiliatus vadat curuus ab hinc animum tuum: et custodi te ab illo. **N**on statues illum penes te nec sedeat ad dexteram tuam ne reuersus stet in loco tuo: ne forte conuersus in locum tuum inquirat cathedram tuam: et in nouissimo cognoscas verba mea: et in sermonibus meis stimuleris. **Q**uis miserebit incantatori a serpente percusso: et omnibus que appropiant bestijs. **S**ic et qui comitatur cum viro iniquo et obvolutus est in peccatis eius. **U**na hora tecum permanebit. **S**i autem declinaueris non supportabit. **I**n labijs suis indulcat inimicus: et in corde suo insidiat: ut subuertat te in foueam. **I**n oculis suis lachrymas inimicus: et si inuenerit tempus: non satiabit sanguine: et si incurrerit tibi mala: inuenies eum illic priorem: et quasi adiunans suffodiet plantas tuas. **C**aput suum mouebit et plaudebit manu: et multa susurras commutabit vultum suum. **XIII**

Qui tetigerit picem: inquirabit ab ea: et qui communicauerit superbo inductus in obprobrium. **P**robus super se tollit que bone: stior se communicat. **E**t ditiori te non socius fueris. **Q**uid communicabit cacabus ad ollam. **Q**ui enim se colliserint stringet. **D**iuies iniuste agere fremebit: **P**robaup autem lesus tacebit. **S**i largitus fueris assumet te: et si non habueris: derelinquet te. **S**i habes conuinet tecum et euacuaabit te: et ipse non dolebit super te. **S**i necessarius illi fueris: supplantabit te: et subridens spem dabit narras tibi omnia bona: et dicit. **Q**uid opus est tibi et perfundet te in cibis suis donec te exinaniat bis: et ter: et in nouissimo deridebit te. **P**ro-

stea videns derelinquet te: et caput suum mouebit ad te. **H**umiliare deo: et expecta manum eius. **A**ttende ne seductus in stulticia humiliaris. **N**oli esse humilis in sapientia tua: ne humiliatus in stulticia seducaris. **A**duocatus a potentiore discede: ex hoc enim magis te aduocabit. **N**e improbus sis ne impingaris: et ne longe sis ab eo: ne eas in obliuionem. **N**e retineas ex equo loqui cum illo: nec credas multis verbis illius. **E**t multa enim loquela temptabit te: et subridens interrogabit te de absconditis tuis: immitis animus illius: perscrubat verba tua: et non parcat de malicia et de vinculis. **C**auet tibi et attende diligenter auditui tuo: quoniam cum subuersione tua ambulas. **A**udiens verba illa quasi in somnis vide et vigilabis. **O**mni vita tua dilige deum: et inuoca illum in salute tua. **O**mne aial diligit sibi: sic et omnis homo proximum sibi. **O**mnis caro ad simem sibi proximum: et omnis homo simili sui sociabit. **S**i communicabit lupus agnoscit: sic peccator iusto. **Q**ue communicatio facta homini ad canem: aut que ps bona diuiti ad pauperem. **V**enatio leonis onager in heremo sic et pasua diuitum sunt paupes. **E**t sicut abominatio est superbo humilitas: sic et execratio diuitis pauper. **D**iuies commotus confirmat ab amicis suis humilis autem cum ceciderit expellet et a notis: diuiti decepto multi recuperatores. **L**ocutus est superba: et iustificauerunt illum humilis deceptus est: insuper et arguit. **L**ocutus est sensate: et non est datus ei locus. **D**iuies locutus est: et omnes tacerunt: et verbum illius usque ad nubes producent. **P**robaup locutus est: et dicunt. **Q**uis est hic? **E**t si offenderit: subuertet illum. **B**ona est suba cui non est peccatum in conscientia et nequissima paupertas in ore impij. **C**or hominis immutat faciem illius siue in bona siue in mala. **V**estigium cordis boni et faciem bonam difficile inuenies: et cum labore. **XIII**

Beatus vir qui non est lapsus verbo ex ore suo: et non est stimulari in tristitia delicti. **F**elix qui non habuit animi sui tristitiam: et non excidit a spe sua. **V**iro cupido et tenaci sine ratione est suba: et huius liuido ad quod aurum. **Q**ui aceruat ex animo suo iniuste alijs congregat: et in bonis illius alius luxuriabit. **Q**ui sibi nequus est: cui alij bonum erit. **E**t non iocundabit in bonis suis. **Q**ui sibi inuidet nihil est illo nequus: et hec redditio est malicie illius: et si benifecerit: ignoranter et non volens facit et in nouissimo manifestat maliciam suam. **N**equus est oculus liuidi: et auertens faciem suam: et despicit animam suam. **I**nsatiabilis oculus cupidus in parte iniquitatis non satiabitur: donec presumat arefaciens animam suam. **O**culus malus ad mala et non satiabitur pane indigens: et in tristitia erit super

mēsam suā. **S**ili si habes bñfac tecū: et deo dignas oblationes offer. **N**emor esto quoniam mors nō tardat: et testamentū inferorū: quia demonstratū est tibi. **T**estamentū em̄ huius mundi morte moriet. **N**ū mortem bñfac aico tuo: et fm vires tuas exporrigens da paup̄i. **N**ō defrauderis a die bono: et particula bōe diei nō te p̄tereat. **N**ōne alijs reliques dolores et labores tuos? **I**n diuisiones sortis da et accipe: et iustifica aīam tuā. **N**ū obitū tuū opare iusticiā: qm̄ nō est apud inferos inuenire cibum. **O**mis caro sicut fenū veterascet et sicut folium fructificans in arboze viridi. **A**lia generant et alia deficiunt: sic generatio carnis et sanguis: alia finit et alia nascit. **O**e opus corruptibile in fine deficiet: et qui illud operat ibit cum illo. **E**t omne opus electum iustificabit: et qui operat illud honorabit in illo. **S**eatus vir q̄ in sapiētia morabit et q̄ in iusticia sua meditabitur: et in sensu cogitabit circūsp̄ctionē dei. **Q**ui cogitat vias illi in corde suo: et in absconsis suis intelligens: vadens post illā quasi inuestigator: et in vijs illius consistēs. **Q**ui respicit p̄ fenestras illi: et in ianuis illius audiēs. **Q**ui req̄scit iuxta domū illius: et in parietibus illius figens palum. **S**tatuet casulā suā ad manus illius: et requiescent in casula illius bona p̄ eū. **S**tatuet filios suos sub tegmine illius: et sub ramis eius morabit. **P**roteget sub tegmine illius a feruore: et in gloria eius requiescet. **XV**

Qui timet deū: faciet bona: et q̄ continens est iusticie apprehendet illam: et obuiabit illi q̄si mater honorificata: et q̄si mulier a v̄ginitate suscipiet illū. **C**ibabit illū pane vite et intellectus et aq̄ sapie salutaris potabit illū. **E**t firmabit in illo et nō flectetur: et cōtinebit illū et nō cōfundet: et exaltabit illū apud p̄rimos suos: et in medio ecclesie aperiet os eius: et adimplebit eum spū sapiētie et intellectus: et stola gl̄e vestiet illū. **B**ocūditatē et exultationē thesaurizabit sup illū: et nomie eterno hereditabit illuz. **H**oies stulti non apprehendent illā: et hoies sensati obuiabūt illi. **H**oies stulti nō videbunt eam longe em̄ abest a supbia et dolo. **V**iri mendaces nō erunt illius memores: et viri veraces inueniē in illa et successuz habebūt vsq̄ ad inspectionē dei. **N**ō est speciosa laus ore peccatoris q̄ nō est a domio missus: qm̄ a deo p̄fecta est sapia. **S**apie em̄ dei astabit laus: et in ore fideli abūdabit: et domiator dabit eam illi. **N**ō dixeris p̄ deū ab est: q̄ em̄ odit nefeceris. **N**ō dicas: ille me implanauit: nō enim necessarij sunt ei hoies impij. **O**mne execramentū erroris odit dñs: et nō erit amabile ti-

mentibus eū. **D**eus ab initio p̄stituit hoieni et reliq̄t eū in manu cōsiliū sui. **A**dicit mādāta et p̄cepta sua. **S**i volueris mādāta p̄suare p̄seruabunt te: et in in p̄petuum fidē placitaz p̄suare. **A**pposuit tibi aquā et ignem ad qd̄ volueris porrige manū tuā. **N**ū hominē vita et mors: bonū et malum. **Q**d placuerit ei dabitur illi: qm̄ multa sapia dei: et fortis et impotentia: videns oēs sine intermissione. **O**culi domini ad timentes eū: et ip̄e agnoscit omnē operā hominis. **N**emi mādāuit impie agere et nemi dedit spaciū peccādi. **N**ō em̄ ap̄cipiscit multitudinē filiorū infidelitū et inutilium.

Nec cunderis in filijs impijs si multiplicant: nec oblecteris super ip̄os si nō ē timor dei in illis. **N**ō credas vite illorū: et ne respexeris in labores eorū. **B**elior est em̄ vnus timēs deū: q̄ mille filij impij. **E**t vtile est mori sine filijs: q̄ relinquere filios impios. **N**ū vno sensato inhabitabit patria: et a tribus impijs deseretur. **M**ulta talia vidit oculus meus: et fortiora horū audiuī auris mea. **I**n synagoga peccātrium exardabit ignis: et in gēte incredibili exardescet ira. **N**ō exorauerūt p̄ peccatis suis antiq̄ gigantes: q̄ destructi sunt confidentes sue v̄tuti. et nō pep̄cit p̄grinationi illorū: sed p̄cussit eos et execrat est eos p̄ supbia verbi illorū. **N**ō misertus est illis gentē totam perdens et texollentē se in peccatis suis. **E**t sicut sexcenta milia peditū q̄ cōgregati sunt in duritia cordis sui: et si vnus fuisset ceruicarū mirum si fuisset immunis. **M**isericordia em̄ et ira est cū illo potēs exoratio et effundēs iraz. **S**cōm misericordiā suā: sic correctio illi: hominem fm̄ opa sua iudicat. **N**ō effugiet ira / pina peccator: et nō retardabit sufferentia misericordiā facientis. **O**mis misericordia faciet locū vnicuiq̄ fm̄ meritiū e perū suorum: et fm̄ intellectū p̄grinatiōis ipsius. **N**ō dicas **A** deo abscondar: et ex somno q̄s mei mēora bitur. **I**n populo meo nō agnoscar. **Q**ue est em̄ aīma mea in tam immēsa creatura: **E**cce celum et celi celorū: abyssus et vniūsa terra et q̄ in eis sunt in cōspectu illius cōmouebūtur montes simul et colles et fundamenta terre: et cū cōspexerit illa deus tremore concutientur. **E**t in oibus his insensatū est cor: et oē cor intelligit ab illo: et vias illi q̄s intelligit. **E**t p̄ cella quā nec oculus vidit hominis. **N**am plurima illius opa sunt in absconsis: sed opera iusticie eius q̄s enunciat: aut q̄s sustinebit? **L**ōge em̄ est testamentū a q̄buldā: et interrogatio hoim in p̄summatōe est. **Q**ui minorat corde cogitat inania: et vir imprudēs et errās cogitat stultā. **A**udi me fili et disce disciplinā

Ecclesiasticus

sensus: et in verbis meis attende in corde tuo. et dicam in equitate disciplinam: et scrutabor e narrare sapias: et in verbis meis attende in corde tuo: et dico in equitate spiritus: virtutes quas posuit deus in opera sua ab initio: et in veritate enuncio sciam eius. In iudicio dei opera ipsius ab initio: et ab institutioe hominum ipsorum distinxit partes illorum: et initia eorum in gentibus suis. Remansit in eternum opera illorum: nec esurierunt nec laborauerunt et non destiterunt ab operibus suis. Unusquisque proximum sibi non angustiabit usque in eternum. Non sis incredibilis verbo illi. Post hec deus in terram respexit et impleuit illam bonis suis. Anima autem omnis vitalis denunciat a facie ipsius et in ipsa iter reuersio illorum. XVII

Deus creauit de terra hominem: et secundum imaginem suam fecit illum. Et iterum conuertit illum in ipsam: et secundum se vestiuit illum virtute. Numerum dierum et tempus dedit illi: et dedit illi potestatem eorum que sunt super terram. Posuit timorem illius super omnem carnem: et dominus est bestiarum et volatiliu. Creauit ex ipso adiutorium simile sibi: psilium et ligum et oculos et aures et cor dedit illis excogitandi et disciplina intellectus repleuit illos. Creauit illi scientiam spiritus: sensu impleuit cor illorum: et mala et bona ostendit illis. Posuit tunc oculum ipsorum super corda illorum ostendere illi magnalia operum suorum ut nomen sanctificationis collaudet et gloriarum in mirabilibus illius: ut magnalia enarrant operum eius. Addidit illis disciplinam et legem vite hereditauit illos. Testamentum eternum constituit cum illis: et iustitiam et iudicia sua ostendit illi. Et magnalia honoris eius vidit oculus illorum et honorem vocis audierunt aures illorum: et dixit illi: attendite ab omni iniquo. Et mandauit illis unicuique de proximo suo. Sic illorum coram illo sunt spiritus: non sunt absconsa ab oculis ipsius. In vna quaque gente proposuit rectorem: et pars dei ista facta est manifesta. Et omnia opera illorum velut sol in conspectu dei: et oculi eius sine intermissione inspicientes in vis eorum. Non sunt absconsa testamenta propter iniquitatem illorum: et omnes iniquitates eorum in conspectu dei. Elemosyna vni quasi sacculus cum ipso: et gratiam hominis quasi pupillam seruetur: et postea resurget et retribuet illis retributionem unicuique in caput ipsorum: et conuertet in inferiores partes terre. Penitentibus autem dedit viam iusticie: et confirmauit deficientes sustinere: et destinauit illis sortem veritatis. Convertere ad dominum et relinque peccata tua: precare ante faciem domini et minue offensa. Reuertere ad dominum et auertere ab iniusticia tua: et nimis odito excitationem: et cognosce iusticias et iudicia dei: et sta in sorte propositionis et orationis altissimi

dei. In partes vade seculi sancti cum viuus et dantibus confessionem deo. Non demoreris in errore impiorum: ante mortem confitere. A mortuo quasi nihil perit confessio. Confiteberis viuens: viuus et sanus confiteberis et laudabis deum et gloriaberis in miserationibus eius. Quam magna misericordia domini et propitiatio illius conuertentibus ad se. Nec enim omnia possunt esse in hominibus: quoniam non est immortalis filius hominis et in vanitate malicie placuerunt. Quid lucidius sole: et hic deficiet. Aut quid nequius quam quod excogitauit caro et sanguis: et hoc arguet. Virtutem altitudinis celi ipse conspicit: et omnes homines terra et cinis.

XVIII

Qui viuuit in eternum creauit omnia sicut deus solus iustificabit: et manet inuictus rex in eternum. Quis sufficiet enarrare opera illius: Quis enim inuestigabit magnalia eius: Virtutem autem magnitudinis eius quis enunciat: Aut quis adiuuet enarrare misericordiam eius. Non est inuenire neque adhecere: nec est inuenire magnalia dei. Cum consummauerit homo: tunc incipiet et cum quiesuerit operabitur. Quid est homo: et que gratia illius: et quid est bonum: aut quid neque illius. Numerus dierum hominum ut multum ceterum anni: quasi gutte aque maris deputati sunt. Et sicut calculus arene: sic exigui anni in die eius. Propter hoc patiens est deus in illis: et effundit super eos misericordiam suam. Vidit presumptionem cordis eorum: quoniam mala est: et cognouit subuersionem illorum: quoniam nequam est. Ideo adimpleuit propitiationem suam in illis et ostendit ei viam equitatis. Misericordia hominis circa proximum suum: misericordia autem dei super omnem carnem. Qui misericordiam habet docet et erudit: quasi pastor gregem suum. Misericors excipiens doctrinam misericordiam et qui festinat in iudicium eius. Fili in bonis non des querelam: et in omni dano non des tristitiam tibi mali. Nonne ardorem refrigerabit ros: Sic et verbum melius quam datum. Nonne ecce verbum super datum bonum: Sed utraqque cum homine iustificato. Stultus acriter improperabit: et datus indisciplinati tabescere facit oculos. An iudicium para iusticia tibi: et ante loquaris disce. An languorem adhibe medicina: et ante iudicium interroga teipsum: et in conspectu dei inuenies propitiationem. An languorem humilitate: et in tempore infirmitatis ostende querelationem tuam. Non impediaris orare semper: et ne uertis usque ad mortem iustificari: quoniam merces dei manet in eternum. An orationem propara animam tuam et noli esse quasi homo qui temptat deum. Memento ire in die consummationis: et tem-

pus retributiōis in cōuerlatiōe facies. **N**e
 mento paupertatis in tempore abundantie.
 ⁊ necessitatē paupertatis in die diuitiarū. **M**
 mane vsq; ad vesperā immutabit tpus ⁊ hec
 oīa citata in oculis dei. **H**ō sapiēs in oībus
 metuit: ⁊ in diebus delictorū attēdet ab iner-
 tia. **Q**uis astutus agnoscit sapiam: ⁊ inueni-
 enti eam dabit cōfessionē. **S**ensati in verbis
 ⁊ ipi sapiēter egerūt: ⁊ intellexerūt veritatez
 ⁊ iusticiā: ⁊ implorauerūt puerbia et iudicia
Post ꝑcupiscentias tuas nō eas: ⁊ a volūta-
 te tua auertere. **S**i ꝑstes aime tue cōcupiscē-
 tias ei⁹: faciet te in gaudiū inimicis tuis. **N**e
 oblecteris in turbis nec in modicis. **A**ssidua
 em̄ est cōmissio illorū. **N**e fueri mediocris in
 cōtentiōe ex fenore ⁊ nō est tibi nihil in seculo
Eris em̄ inuidus anime tue. XIX

Operari⁹ ebriofus nō locupletabit: ⁊
 qui spernit modica: paulatiz decidit
Vinū ⁊ mulieres apostatare faciunt
 sapiētes: ⁊ arguūt sensatos: ⁊ q̄ se iungit for-
 nicarijs: erit neq;. **P**utredo ⁊ nimis heredi-
 tabūt illū: ⁊ extollet in exemplū maius: ⁊ tol-
 let de numero ania ei⁹. **Q**ui credit cito lenis
 corde ē ⁊ minorabit. ⁊ q̄ delinqt in aiām suā
 insup habebit. **Q**ui gaudet iniquitate: deno-
 tabit ⁊ q̄ odit correptionē minuet vita ⁊ qui
 odit loq̄citātē extinguit maliciā. **Q**ui peccat
 in aiām suā penitebit: ⁊ q̄ iocūdat in malicia
 denotabit. **N**e iteres v̄bū neq; ⁊ durū: ⁊ nō
 minoraberis. **A**ico ⁊ inimico noli narrare sē-
 sum tuū: ⁊ si est tibi delictum noli denudare.
Audiet em̄ te ⁊ custodiet te: ⁊ q̄si defendens
 peccatū odiet te: ⁊ sic aderit tibi sp. **A**udisti
 v̄bum adūsus primū tuū cōmoriat in te: vi-
 dens qm̄ nō te dirūpet. **A** facie v̄bi parturit
 fatuus: tāq; gemit⁹ partus infantis **S**agitta
 infixā femori canis: sic v̄bum in corde stulti.
Corripe amicū ne forte nō intellexerit: et di-
et ego amicitia copulauit: sed est amicus solo nomine amicus. **N**onne tristitia inest vsqz ad mortē? **S**odalis autem et amicus ad inimicitia cōuertent. **P**resumptio neq̄ssima: vnde creatales cooperire aridam malicia et dolositate illi. **S**odalis amico coniocundabit in oblectationibus: et in tēpore tribulationis aduersari⁹ erit. **S**odalis amico condoleat causa ventris: et cōtra hostē accipiet scutū. **N**on obliuiscaris amici tui in animo tuo: et nō immemoris illius in operibus tuis. **N**oli cōsiliari cū socero tuo: et a zelantibus te absconde consiliuz. **O**mnis consiliarius pdit consiliū. sed est cōsiliarius in semet ipso. **A** consiliario serua animā tuā. **P**ri⁹ scito que sit illius necessitas: et quid ipse in aīo suo cogitabit. **N**e forte mittat sudem in terram: et dicat tibi: bona est via tua: et stet ecōtrario videre qd̄ tibi eueniat. **C**ū viro irreligioso tracta de sanctitate. et cū iniusto d̄ iusticia: et cū muliere de his que emulaf. **C**um timido de bello: cū negociatore de traiectione. **C**ū emptore de venditione: cū viro lituideo de gr̄ijs agēdis. **C**ū impio de pietate: cū inhonesto de honestate. **C**ū opario agrario de oī ope cū opario annuali de consumatione anni. cū seruo pigro de multa opatione. **N**ō attēdas his in omni cōsilio. **S**ed cū viro sancto assiduus esto: quēcunqz cognoueris obfuaem timorem dei: cuius aīa est s̄m̄ animam tuam. **Q**uicūqz titubauerit in tenebris. nō cōdole-

bit tibi. **E**t cor boni cōsiliū statue tecū. **N**ō est em̄ tibi aliud plus illo. **A**ima viri sancti enūciat aliq̄n vera: q̄ septem circūspectores sedentes in excelsis ad speculādū. **E**t in his oībus deprecare altissimū: vt dirigat in veritate viam tuā. **A**n̄te oīa opa verbum verax p̄cedat te: et ante omnē actum consilium stabile. **V**erbu⁹ neq̄ immutabit cor: ex quo partes quatuor oriunt: bonū et maluz. vita et mors et dominatrix illorū est assidua lingua. **V**ir peritus mltos erudiuit. et aīe sue suauis est. **Q**ui sophisticē loq̄r odibilis est: i oīre defraudabitur. **N**on est em̄ illi data a d̄no gr̄a omī em̄ sapientia defraudatus est. **E**st sapiēs aīe sue sapiens: et fructus sensus illius laudabilis. **V**ir sapiens plebem suam erudit: et fructus sensus illius fideles sunt. **V**ir sapiens i plebitur b̄ndictionibus: et videntes illū laudabunt. **V**itayiri in numero dierū: dies autem israel innumerabiles sunt. **S**apiens i populo hereditabit honore. et nomen illius erit viuens in eternū. **F**ili in vita tua temptant mam tuā: et si fuerit nequus nō des illi p̄tatem. **N**on em̄ omīa oibus expediunt: et nō oī anime omne genus placet. **N**oli auidus esse i oī epulatioe: et non te effundas sup̄ omnem escā. **I**n mltis em̄ elcis erit infirmitas: et auiditas appropinquabit vsqz ad cholera. **P**rop̄ crapulam multi obierūt: q̄ autem abstinentes est adiciet vitam. XXXVIII

Honora medicū p̄pter necessitatem: et em̄ illū creauit altissim⁹. **A**deo est em̄ oīs medela: et a rege accipiet donatōnē. **D**isciplinā medici exaltabit caput illius: et in cōspectu magnatorū eollaudabit. **A**ltissimus creauit de terra medicina: et vir prudens non abhorrebit illā. **N**ōne a ligno i dulcata est aqua amara? **A**d agnitōz hoim: virtus illorū. **E**t dedit hominibus sciam altissimus: honorari in mirabilibus suis. **I**n his curans mitigabit dolorem: et vnguētari⁹ faciet pigmēta suauitatis et vinctōes cōficiet sanitate: et non consummabuntur opera eius. **M**ax em̄ dei sup̄ faciem terre. **F**ili in tua infirmitate nō despicias teipm: sed ora dominum et ipse curabit te. **A**ute a delicto. et dirige manus: et ab omni delicto mūda cor tuum. **D**a suauitatem et memoriā similaginis: et impingua oblationē: et da locū medico. **E**tem illuz d̄ns creauit: et nō discedat a te: qz opera eius sunt necessaria. **E**st em̄ tps qm̄ in manib⁹ illorum incurras: ipi d̄o d̄nm̄ deprecabunt: vt dirigat requiē eorū et sanitatē p̄pter p̄uerfationem illorū. **Q**ui deliquit in conspectu ei⁹ q̄ fecit euz: incidet in manus medici. **F**ili i mortuum p̄duc lachrymas: et q̄si dira passus in

eipe plorare: et in iudicium contege corpus illius: et non despicias sepulturam illius. Propter delaturam autem amare fer luctum illius uno die et consolare propter tristitiam: et fac luctum secundum meritum eius uno die vel duobus propter detractionem. Tristitia enim festinat mors et coopit virtutem: et tristitia cordis flectit cervicem. In abductione permanet tristitia: et suba inopis secundum cor eius. Non dederis in tristitia cor tuum: sed repelle eam a te: et memeto novissimorum. Noli oblitisci: neque enim est conusio: et huic nihil proderis: et teipsum pessimabis. Memoro esto iudicium meum: sic enim erit et tuum. Noli heri et tibi hodie. In requie mortui requiescere fac memoriam eius: et consolare illum in exitu spiritus sui. Sapiam scribe in tempore vacuitatis: et quae minorae actu sapiam percipiet. quia sapia replebitur. Qui tenet aratrum et quae gloriatur in iaculo. stimulo boues agitat. et puerum in opibus eorum et narratio eius in filiis taurozum. Cor suum dabit ad mandandos sulcos: et vigilia eius in sagina vaccarum. Sic oves faber et architectus: quae noctem tanquam die transigit. qui sculpsit signacula sculptilia: et assiduitas eius variat picturam. Cor suum dabit in similitudinem picture: et vigilia sua perficit opus. Sic faber ferrarius sedens iuxta incidere: et considerans opus ferri. Vapor ignis uret carnes eius: et in calore fornacis cocertat. Vox mallei innouat aurum eius et contra similitudinem vasis oculus eius. Cor suum dabit in consummationem operum: et vigilia sua ornabit imperfectos. Sic figulus sedens ad opus suum. conuertens pedibus suis rotam: qui in sollicitudine positus est spiritus propter opus suum et innumera est omnis operatio eius. In brachio suo formabit lutum et ante pedes suos curuabit virtutem suam. Cor suum dabit ut consumet linitonem: et vigilia sua mundabit fornacem. Oves hi in manibus suis sperauerunt: et vnusquisque in arte sua sapiens est. Sine his omnibus non edificat ciuitas. Et non inhabitabunt nec inambulabunt: et in ecclesiam non transfiliet. Super sellas iudicis non sedebunt: et testamentum iudicium non intelliget: neque palam facient iudicium et disciplinam: et in pabulis non inuenient: sed creaturam cui confirmabitur. et deprecatio illorum in operatione artis. accommodantes animas suas: et conquiescentes in lege altissimi. XXXIX

Sapientiam omnium antiquorum exquirat sapiens: et in prophetis vacabit. Narrationem virorum nominatorum conseruabit: et in salutis parabolarum similis introibit. Occulta puerbiorum exquiret. et in absconditis parabolarum conusabit. In medio magnatorum ministrabit: et in conspectu principis apparebit. In terram alienigenarum gentium pertransiet. Bona enim

et mala. in omnibus temptabit. Cor suum tradet ad vigilandum diluculo ad dominum quem fecit illi et in conspectu altissimi deprecabitur. Aperiet os suum in oratione: et pro delictis suis deprecabitur. Si enim dominus magnus voluerit: spiritus intelligentie replebit illum: et ipse tanquam imbres emittet eloquia sapientie suae: et in oratione profitebitur domino. Et ipse diriget consilium eius et disciplinam: et in absconditis suis consiliabitur. Ipse palam faciet disciplinam doctrine suae: et in lege testamenti domini gloriabitur. Collaudabunt multi sapientiam eius: et usque in seculum non delebitur. Non recedet memoria eius: et nomen eius requiret a generatione in generationem. Sapientiam eius enarrabunt gentes. et laudent eam: enunciatum est ecclesiam. Si permiserit nomen eius. derelinquet plus quam mille: et si requieverit. perdit illi. Adhuc persequar ut enarret: ut furore enim repleus suus. Et in voce dicit. Obaudite me diuini fructus: et quasi rosa plantata super riuos aquarum fructificate. Quasi libanum. odorem suauitatis habete. Floret efflores quasi lilius et date odorem: et frondete in gratiam. et collaudate canticum et benedicite dominum in operibus suis. Date nomen eius magnificentiam: et confitemini illi in voce laborum vestrorum et in canticis labiorum et citharis et sic dicetis in possessione. Opera domini vniuersa bona valde. In verbo enim eius stetit aqua sicut congeries: et in firmone oris illius sicut exceptorum aquarum: quoniam in precepto ipsius placet fit: et non est minoratio in salute ipsius. Opera omnis carnis coram illo: et non est quicquam absconditum ab oculis eius. A seculo usque in seculum respicit: et nihil est mirabile in conspectu eius. Non est dicere quid est hoc: aut quid est istud: omnia enim in tempore suo querent. Benedictio illius quasi fluius inundabit: et quod cataclismum arida inebriauit: sic ira ipsius gentes que non exarserunt eum: hereditabit. Quod conuertit aquas in siccitatem et siccata est terra: et vic illius vis illorum directe sunt: sic peccatoribus offensiones in ira eius. Bona bonis creata sunt ab initio: sic nequissimus bona et mala. Inuitus necessarie rei vite hominum. aqua. ignis et ferrum. sal. lac. et panis simillagineus et mel: et borum vis: et oleum et vestimentum. Hec omnia sanctis in bona sic et impijs et peccatoribus in mala conuertent. Sunt spiritus qui ad vindictam creati sunt: et in furore suo confirmauerunt tormenta sua. Et in tempore consummationis effundent virtutem: et furore eius qui fecit illos confundent. Ignis grando fales. et mors: omnia hec ad vindictam creata sunt. Bestiarum dentes et scorpii: et serpentes: et robora vindicans in exterminium impios. In mandatis eius epulabuntur: et super terram in necessitate preparabuntur: et in tempore iudicium non prelat.

Ecclesiasticus

terirent vbum. Propterea ab initio pfirmatus sū r cōsiliat^o sum: et cogitauī r scripta dimisi. Omnia opa dñi bona: r omne opus hora sua subministrabit. Non est dicere: hoc illo nequi^o est. Dia em̄ in tpe suo cōprobabunt. Et nunc in omni corde r ore collaudate r benedicite nomen dñi.

Ocupatio magna creata est oib^o hominibus: r iugum graue super filios adam a die exitus de ventre matris eorū vsq; in diē sepulture in matrem omnīū. Cogitatōes eorū r timores cordis adinuentōes expectatōis: r dies finitōis: a p̄sidente sup sedem gloriofam. vsq; ad humiliatuz in terrā r cinerē: ab eo q̄ vt̄if hyacintho r portat coronā. vsq; ad eū qui operif lino crudo. Furor. zelus. tumultus. fluctuatio et timor mortis. iracūdia p̄seuerās. r cōtentio. r in tēpore refectōis in cubili somnus noctis imutat scientiā eius. **M**odiciū aut̄ tanq̄ nihil in requie: r ab eo in somnis q̄si in die respect^o. **C**ōturbatus est i visu cordis sui: tāq; q̄ euaferit in die belli. **I**n tpe salutis sue exurrexit r admirans ad nullū timorē. cuz oī carne ab hoīe vsq; ad pecus: r sup peccatores septuplum. **A**d hec. mors. sanguis. cōtentio. r rōphea. oppressiones. fames r cōtritio r flagella. **S**up iniquos creata sunt hec omia: r propter illos fact^o est cataclismus. **O**mnia enīz q̄ de terra sunt in terrā cōuertent^r: r aque oēs i mare cōuertent^r. **O**mne mun^o r in iqtas. delebitur: r fides in seculū stabit. **S**ubstātie in iustorū sicut fluiū siccabūt: r sicut tonitruū magnū i pluuia p̄sonabūt. **I**n aperiēdo manus suas letabit: sic p̄uaricatores in cōsummatōne tabescēt. **R**epotes impiorū nō multiplicabunt ramos: et radices imūnde sup cacumen petre sonāt. **S**up omnē aquaz viriditas: et ad orā flumīs an̄ omne fenum euellēt. **G**ratia sicut padifus in bñdictionibus: r misericordia in seculo p̄manet. **V**ita sibi suficiētis operarij condulcabit: et in ea inuenies thesaurū. **F**ili edificatio ciuitatis p̄firmabit nomē. et sup hanc mulier imaculata cōputabit. **A**nū et musica letificāt cor: r sup vtraq; directio sapie. **T**ibie et psalteriū suauem faciunt melodiā r sup vtraq; lingua suavis. **G**ratiam r spēm desiderabit oculus tuus: et sup hoc virides satōnes. **A**mīc^o r sodalis in tpe cōuenientes: et sup vtrosq; mulier cuz viro. **F**ratres in adiutoriū in tpe tribulatōis: r super eos misericordia liberabit. **A**urū et argentum et cōstitutio pedū: et sup vtrūq; cōsiliū bñplacitū. **F**acultates r vtutes exaltāt cor. et sup hec timor dñi. **N**ō est in timore dñi minoratio: et non est in eo inquirere adiutoriū

Timor dñi sicut paradifus bñdictionis: r super omnē glam opuerūt illū. **F**ili in tpe vite tue ne indigeas. **M**elius est em̄ mori q̄ indigere. **V**ir respiciens in mēsam alienā: non est vita eius in cogitatōne victus. **A**lit em̄ aiaz suam cibus alienis. **V**ir aut̄ disciplinat^o r eruditus custodiet se. **I**n ore imprudētis cōdulcabit inopia: r in ventre ei^o ignis ardebit.

O mors q̄ amara est memo/ **XLI**
Oria tua homi pacē habenti in substātijs suis: viro quieto: r cuius vie directe sunt in oibus: r adhuc valenti accipe cibum. **M**ors bonū est iudiciū tuū hoī indigenti et qui minorat viribus: defecto etate r cui de oibus cura est et incredibili: q̄ pdit sapiētā. **N**oli metuere iudicium mortis. **M**emento que antete fuerunt et que supuētura sunt tibi: hoc iudiciū a dño omni carni: r qui supueniēt tibi in bñplacito altissimi: siue decem siue centū siue mille anni. **N**on est em̄ in inferno accusatio vite. **F**iliū abominationum sūt filij peccatorū: r q̄ cōuersant^r sec^o domos impiorū. **F**iliorū peccatorū periet hereditas r cū semine illozum assiduitas obprobriū. **D**e patre impio querunt filij: qm̄ p̄pter illū sunt in obprobrio. **D**e vobis viri impij q̄ dereliquistis legem dñi altissimi. **E**t si nati fueritis in maledictione nascemini: et si mortui fueritis in maledictione erit pars vestra. **O**mnia q̄ d̄ terra sunt in terrā cōuertent^r: sic impij a maledicto in perditionē. **V**lctus hominū i corpe ipoz. nomen aut̄ impiorū delebit. **C**urā habe de bono nomie. hoc em̄ magis permanebit tibi q̄ mille thesauri p̄ciosi et magni. **V**olne vite numer^o dierū: bonū aut̄ nomē p̄manebit in eum. **D**isciplinam in pace cōseruate filij. **S**apientia em̄ abscondita et thesaurus in uisus: que vtilitas in vtrifq;: **M**elior est homo qui abscondit stulticiam suaz: q̄ homo q̄ abscondit sapiētā suā. **V**erūtū reuertimint in his que p̄cedunt de ore meo. **N**on est enīz bonū omnē irreuerentiā obseruare: et nō oia omibus bñplacent in fide. **E**rubescite a p̄re r a matre de fornicatione: r a p̄sidente. r a potente de mendacio: a p̄ncipe et a iudice d̄ delicto: a synagoga r plebe de iniquitate: a socio r amico de iniusticia: r de loco in quo habitas de furtu dei veritate dei r testamēto: d̄ discubitu in panibus: r ab obfuscatōe dati r accepti: a salutantibus de silentio: a respectu mulieris fornicarie: et ab auersione vult^o cognati. **N**e auertas faciem a pximo tuo: et ab auferendo partē: r nō restituēdo. **N**e respicias mulierē alieni viri: r ne scruteris ancillā eius neq; steteris ad lectum ei^o. **L**auē ab amicis d̄ fm̄oib^o ipoperij: r cū dederit ne i p̄pes

Non duplices sermonem au/ XLII
ditus de reuelatōe sermonis abscon-
diti: et eris vere sine cōfusione: et iue-
nies gratia in cōspectu omnium hominum. **D**e
p his oibus confundaris: et ne accipias pso-
nam vt delinquas. **D**e lege altissimi et testa-
mento: et de iudicio iustificare impiū: et de bo-
sociozū et viatozū: et de datōe hereditatū amī-
corū: de equalitate statere et ponderū de acq-
sitione multozū et paucorum: de corruptione
emptionis et negociatozū. et de multa disci-
plina filiozū: et seruo pessimo latus sanguis
nare. **S**up mulierem nequā. bonū est signūz
ubi manus multe sunt claude. et quodcūqz
trades numera et appende. datum xpo et acce-
ptum omne describe. **D**e disciplina insensati
et fatui et de seniozibus q̄ iudicant ab adoles-
centibus: et eris eruditus in omnibus: et pro-
babilis in cōspectu omnium virozū. **F**ilia pa-
tris abscondita est: vigilia et sollicitudo eius
aufert somnū: ne forte in adolescentia sua ad-
ultera efficiat: et cuz viro cōmorata odibilis
fiat: ne qm̄ polluat in v̄ginitate sua et in pater-
nis suis grauida inueniat: ne forte cum viro
cōmorata trāsgrediat: aut certe sterilis effici-
atur. **S**up filia luxuriosam cōfirma custodiā
nequādo faciat te in opprobriūz venire inimi-
cis. a detractōe in ciuitate et abiectōe ple-
bis: et cōfundat te in multitudine populi. **O**m-
ni homini noli intendere in specie: et in medio
mulierum noli cōmorari. **D**e vestimentū em̄
pcedit tinea: et a muliere iniquitas viri. **M**e-
lior est em̄ iniquitas viri q̄ benefaciens mu-
lier: et mulier confundens in opprobriū. **M**e-
mor ero igit̄ operū domini: et q̄ vidi annūcia-
bo in sermōibus dñi opera eius. **S**ol illumi-
nans per omnia respexit: et gl̄ia dñi plenū est
opus eius. **N**onne dñs fecit sanctos enarra-
re omnia mirabilia sua: que confirmavit dñs
oipotens stabilis in gl̄ia sua: **A**byssum et cor
hoim̄ inuestigauit: et in astucia eoz̄ excogita-
uit. **R**ognouit em̄ dñs omnē scientiā et inspe-
xit in signum eui: annūcians que p̄terierūt et
q̄ sup̄uētura sunt. reuelans vestigia occulto-
rum. **N**ō p̄terit illum ois cogitatus: et nō ab-
scondit se ab eo vllus sermo. **M**agnalia sapi-
entie sue decorauit q̄ est añ seculū et vsqz in se-
culū: neqz adiectū est neqz minuet et nō eget
alicuius p̄silio. **Q**uā desiderabilia oia ope-
ra eius: et tanqz scintilla que est considerare.
Omnia hec viuunt et manent in seculum: et
in omni necessitate omnia obaudiūt ei. **O**m-
nia duplicia. vnum contra vnum: et non fecit
quicqz deesse. **U**niscuiusqz conseruabit bo-
na. **E**t quis satiabitur videns gloriā eius.

XLIII

Atitudinē firmamentuz. pulchritu-
do ei: species celi in visione glorie.
Sol in aspectu annūcians in exitu:
vas admirabile. opus excelsi. **I**n meridiāo
exurit terrā: et in cōspectu ardoris eius quis
poterit sustinere. **F**ornacē custodiēs in ope-
ribus ardoris. **T**riplix sol exurens mōtes
radios igneos exsufflans: et refulgēs radijs
suis obcecat oculos. **M**agnus dñs qui fecit
illū: et in sermonib⁹ eius festinauit iter. **E**t lu-
na in oibus in tpe suo: ostensio t̄pis et signū
eui. **L**una signūz diei festi: luminare qd̄ mi-
nuitur in cōsummatione. **M**ensis s̄m̄ nomē
eius est: crescēs mirabilis in cōsummationē.
Vas castrozū in excelsis: in firmamento celi
resplendēs gloriose. **S**pecies celi gl̄ia stellarū
mūdum illuminās in excelsis dñs. **I**n verbis
sancti stabūt ad iudiciū: et nō deficiēt in vigi-
lijs suis. **V**ide arcū et benedic eū q̄ fecit illuz.
Valde speciosus est in splendore suo. **S**yrā-
uit celū in circūitu gl̄ie sue: man⁹ excelsi ape-
ruerūt illū. **I**mperio suo accelerauit niuem:
et accelerat coruscationes emittere iudiciū sui.
Propterea apti sunt thesauri. et euolauerūt
nebule sicut aues. **I**n magnitudine sua posu-
it nubes: et p̄fracti sunt lapides gradinis. **I**n
cōspectu ei⁹ cōmouebunt montes: et in volū-
tate eius aspirauit nothus. **C**or tonitruū ei⁹
p̄berauit terrā tēpestas aq̄lonis et cōgrega-
tio spūs: et sicut auis deponēs ad sedendum
aspergit niuē: et sicut locusta demergens de-
scensus eius. **P**ulchritudinē candoris eius
amirabilis oculus: et sup̄ imbrē eius expaue-
scit cor. **S**elu sicut salē effundet sup̄ terram: et
dū gelauerit fiet tāqz cacumia tribuli. **F**rigi-
dus ventus aq̄lo flauit et gelauit cristall⁹ ab
aqua. **S**uper omnē cōgregationē aquarū re-
quiescet: et sicut lorica idnet se aq̄s. **E**t deuo-
rabit mōtes et exuret desertū et extinguet vi-
ride sicut ignē. **M**edicina oim̄ in festinatōe
nebule: et ros obuiās ab ardore venienti. hūi-
lem efficit eum. **I**n sermone eius siluit v̄tus
et cogitatione sua placauit abysū: et plātauit
illū dñs ielus. **Q**ui nauiga: mare enarrat p̄-
cula eius: et audiētes auribus nostris ammi-
rabimur. **I**llic p̄clara opa et mirabilia. varia
bestiarū genera et oim̄ pecozū: et creatura be-
luarum. **P**ropter ip̄m cōfirmat⁹ est itincri fi-
nis: et in sermone ei⁹ cōposita sūt oia. **M**ul-
ta dicim⁹: et deficimus p̄bis: cōsummatio au-
tem sermonū: ipse est. **I**n omnibus gloriātes.
ad qd̄ valebim⁹? **I**pse em̄ oipotens sup̄ oia
opa sua. **T**erribilis dñs et magn⁹ vehemē-
et mirabilis potentia ipsius. **G**lorificantes
dñm quantūcūqz potueritis sup̄ualebit ad-
huc: et ammirabilis magnificētia ei⁹. **B**ndi/

Ecclesiasticus

centes dñm exaltate illū q̄tum potestis: maior em̄ est omni laude. Exaltantes eū replemini p̄tute. Ne laboretis: nō em̄ cōphendētis. Quis videbit eū ⁊ enarrabit: ⁊ q̄smagnificabit eū sicut ē ab initio. Multa abscondita sunt maiora his. Pauca em̄ vidim⁹ opeꝝ ei⁹. **O**ia autē dñs fecit: ⁊ pie agētib⁹ dedit sapiāz.

Audemus viros glorio: XLIII
fos: ⁊ parentes nostros in generatōe sua. Multam glām fecit dñs magnificentia sua a seculo. Pominātes in potestati bus suis: hoies magni virtute et prudentia sua p̄diti. nunciantes in p̄phetis dignitatez p̄phetarū: et imperantes in p̄senti populo: ⁊ virtute prudentie p̄lis sanctissima verba. In puericia sua req̄rentes modos musicos: ⁊ narrantes carmina scripturarū. Hoies diuites in p̄tute pulchritudinis studiū habentes pacificantes in domibus suis. Omēs isti in generationib⁹ gentis sue glām adepti sunt ⁊ in diebus suis habent in laudib⁹. Qui de illis nati sunt: reliquerūt nomen narrādū laudes eorū. Et sunt quorum non est memoria. Perierunt quasi q̄ nō fuerint ⁊ nati sunt q̄si nō nati: ⁊ filij ipoz eū ipis. Sed illi viri misericordie sunt: quozū pietates nō defuerunt. Cum semine eorū pmanēt bona: hereditas sancta nepotes eorū. Et in testamentis stetit semen eorū: ⁊ filij eorū ppter illos vsq; in eternum manēt. Semen eoz ⁊ gloria eoz nō de relinquet. Corpā ipoz in pace sepulta sunt ⁊ nomen eoz viuet in generatōz ⁊ generatiōez. Sapiētia ipozū narrant p̄lis. ⁊ laudem eozū nūciet ecclā. Enoch placuit deo ⁊ translatus est in paradysum: vt det gentib⁹ sapiāz. Noe inuētus est p̄fectus iustus: ⁊ in tpe iracundie factus est reconciliatio. Ideo dimissū est reliquum terre: cum factus est diluuium. Testamēta seculi posita sūt apud illū. ne deleri possit diluuiō omis caro. Abraā magn⁹ pater multitudinis gētū: ⁊ nō est inuent⁹ similis illi in gloria. Qui cōseruauit legē excel si: ⁊ fuit i testamēto cū illo. In carne ei⁹ stare fecit testamētum: ⁊ in temptatione inuentus est fidelis. Ideo iureiurādo dedit illi gloriā in gente sua crescere illuz q̄si terre cumulū: ⁊ vt stellas exaltare semen ei⁹: ⁊ hereditare illos a mari vsq; ad mare: ⁊ a flumine vsq; ad terminos terre. Et ysaac eodem mō fecit propter abraam patrē eius. Bñdictionē oim gētium dedit illi dñs. ⁊ testamētū suū p̄firmāuit sup caput iacob. Agnouit eū in bñdictionibus suis: ⁊ dedit illi hereditatē ⁊ diuisit illi partem in tribubus duodecim. Et cōseruauit illi hoies misericordie inueniētes gratiā in oculis omnis carnis. XLV

Dilectus deo et hominibus moyses cuius memoria in bñdictione est. Similem illū fecit in gloria sanctoruz. et magnificauit eū in timore inimicoruz. ⁊ in verbis suis mōstra placauit. Glorificauit illū in cōspectu regum: ⁊ iussit illi cor: in p̄lo suo ⁊ ostendit illi glām suā. In fide ⁊ lenitate ipsi⁹ sanctū fecit illū: ⁊ elegit eum ex omni carne. Audiuit em̄ eū ⁊ vocem ipsi⁹. ⁊ induxit illū in nubem. Et dedit illi cor ad p̄cepta: ⁊ legeꝝ vite ⁊ discipline: docere iacob testamentum suū: ⁊ iudicia sua isrl. Excelsum fecit aaron fratrem suū. ⁊ silem sibi de tribu leui. Statuit ei testamētum eternū: ⁊ dedit illi sacerdotiū gentis ⁊ beatificauit illū in glā. Et circūcinxit eū zona iusticie: ⁊ induit eū stola glē: ⁊ coronauit eū in vasis p̄tutis. Circūpedes ⁊ femoralia ⁊ humerale posuit ei: ⁊ cinxit illū tin tinabulis aureis plurimis in gyro. dare sonitum in incessu suo: auditum facere sonituz in templo in memoriā filijs gentis sue. Stola sanctā auro: ⁊ hyacintho ⁊ purpura. op⁹ textile. viri sapiētis iudicio ⁊ veritate predicti. Torto cocco opus artificis. gemmis p̄ciosis figuratis in ligatura auri: ⁊ opere lapidarij sculptis in memoriā: p̄m numerū tribuū isrl. Corona aurea sup mitrā eius expressa signo sanctitatis: glā honoris ⁊ opus p̄tutis. Desiderio oculorū ornata. Sic pulchra ante ipm nō fuerūt talia: vsq; ad orientem. Nō est indutus illa alienigena aliq;: sed tm̄ filij ipsi⁹ soli ⁊ nepotes ei⁹ p̄ omē temp⁹. Sacrificia ipsi⁹ consummata sunt igni quotidie. Compleuit moyses manus eius: ⁊ vnxit illum oleo sancto. Factū est illi in testamētū eternuz ⁊ semini eius sicut dies celi: fungi sacerdotio ⁊ habere laudē: ⁊ glorificare p̄lm suuz in nomine suo. Ipsū elegit ab oī viuēte: offerre sacrificium deo. incensum ⁊ bonū odorē in memoriā placare p̄ plo suo. Et dedit illi i p̄ceptis suis potestātē: in testamētis iudiciorū. docere iacob testimonia ⁊ in lege sua lucem dare isrl. Quia cōtra illū steterūt alieni: ⁊ ppter inuidiam circūdederūt illū hoies i deserto q̄erant eū dathan ⁊ abiron: ⁊ p̄gregatio chore i iracundia. Vidit dñs deus ⁊ non placuit illi et p̄sumpti sūt in ipetu iracūdie. Fecit illis mōstra: ⁊ p̄sumpsit illos in flāma ignis. Addidit aaron glām: ⁊ dedit illi hereditatem ⁊ p̄mittas frugum terre diuisit illi. Panē ipsius in p̄mis parauit in satietatē. nam ⁊ sacrificia dñi edent: q̄ dedit illi ⁊ semini eius. Ceterum iter gētes nō hereditabit: ⁊ ps nō ē illi in gēte. Ipse em̄ pars ei⁹ ⁊ hereditas. Phinees filius elezari tertius in glā imitādo ipm in timore dñi: ⁊ stare in reuerentia gētis in bo-

nitate ⁊ alacritate anime sue placuit deo isrl̄.
Ideo statuit illi testamentū pacis: ⁊ p̄ncipes
sanctorū ⁊ gentis sue. vt sit illi ⁊ semini eius
sacerdotij dignitas in eternū. Et testamētuz
dauid regi filio iesse de tribu iuda: hereditas
īpi ⁊ semini eius vt daret sapiētā in cor n̄m
iudicare gentē suā in iusticia. ne abolerentur
bona īp̄oz: ⁊ gl̄am īp̄ozum in gentem eozum
eternā fecit. XLVI

Hortis in bello iesus naue successor
moysi in prophetis: qui fuit magnus
fm̄ nomē suū. maximus in salutem
electorū dei: expugnare insurgentes hostes
vt cōsequerē hereditatē israel. Quā gloriā
adeptus est in tollendo manū suas: ⁊ iactan-
do cōtra ciuitates rompheas: Quis an̄ illuz
sic restitit. Nam hostes īpe dñs percussit. Aut
nō in iracūdia eius impeditus est sol: ⁊ vna
dies facta est quasi duo. Inuocauit altissimū
potētē in opugando inimicos vndiq; ⁊ au-
diuit illum magn⁹ ⁊ sanct⁹ deus. ī saxis grā-
dinis x̄tutis valde fortis. Impetū fecit cō-
tra gentē hostilē: ⁊ in descensu p̄didit cōtra-
rios: vt cognoscāt gentes potētiam eius: qz
cōtra deū pugnare nō est facile: ⁊ secur⁹ est a
tergo porētes. Et in diebus moysi misericor-
diā fecit īpe ⁊ caleph filius iephone: stare cō-
tra hostem ⁊ phibere gentē a peccatis: ⁊ per-
fringere murmur malitie. Et īpi duo consti-
tuti a piculo liberati sunt: a numero sexcēto-
rum milium peditū inducere illos in heredita-
tem in terrā q̄ manat lac ⁊ mel. Et dedit dñs
īpi caleph fortitudinē: ⁊ vsq; in senectutem
p̄mansit illi x̄t⁹: vt ascēderet in excelsum ter-
re locū: ⁊ semen īpius obtinuit hereditatem.
Et viderūt omnes filij israel: qz bonū est obse-
qui sancto deo. Et iudices singuli suo nomie
quorū nō est corruptū cor: q̄ nō auersi sunt a
dño. vt si memoria illorū in b̄ndictōe. Et of-
sa eozū pullulāt de loco suo: ⁊ nomē eozuz p̄-
manet in eternū: p̄manente ad filios illorum
sanctorū virozū gl̄a. Dilectus a domino deo
suo samuel p̄pheta dñi: renouauit imperiuz
⁊ vnxit p̄ncipes in gente sua. In lege dñi cō-
gregatōnem iudicauit: ⁊ vidit deū iacob: ⁊ ī
fidelia p̄batus est p̄pheta. Et cognitus est
in x̄bis suis fidelis: qz vidit deum lucis. Et
inuocauit dñm omnipotentem in oppugnan-
do hostes circūstātes vndiq; in oblatōe vi-
ri inuolati. Et intonuit de celo dñs: ⁊ in so-
nitu magno audita fecit vocē suā: ⁊ contri-
uit p̄ncipes tyrorum ⁊ oēs duces philistim.
Et ante tēp⁹ finis vite sue ⁊ secti testimoniuz
p̄buit in cōspectu dñi ⁊ x̄pi. Pecunias ⁊ vsq;
ad calciamēta ab omi carne nō accepit: et
nō accusauit illū hō. Et post hec dormiuit et

votuz fecit regi: ⁊ ostendit illi finem vite sue.
⁊ exaltauit vocem eius de terra in p̄pheta
delere impietatem gentis. XLVII

Post hec surrexit nathan p̄pheta in
diebus dauid. Et q̄si adeps separa-
tus a carne. sic dauid a filiis isrl̄. Cuz
leōibus lusit quasi cū agnis ⁊ in vsis simili-
ter fecit sicut in agnis ouū. In iuuetute sua
nunq̄d nō occidit gigantes: ⁊ abstulit obpro-
brium de gente. In tollendo manum in saxo
funde detecit exultatōz golie: vbi inuocauit
deū oipotentē. Et dedit in dextera eius tolle-
re hoīem fortē in bello: ⁊ exaltare cornu gen-
tis sue. Sic in decē milibus glorificauit eū ⁊
laudauit eū in b̄ndictionib⁹ dñi: in offerēdo
illi coronā gl̄e. Contriuit em̄ inimicos vndiq;
⁊ extirpauit philistim cōtrarios vsq; in ho-
diernū diem. Contriuit cornu ip̄ozum vsq; ī
eternū. In omi ope dedit p̄fessionē sancto: ⁊
excelsio in x̄bo gl̄e. De omi corde suo lauda-
uit dñm: ⁊ dilexit eū q̄ fecit illum: ⁊ dedit illi
cōtra inimicos potētā. Et stare fecit cātores
cōtra altare: ⁊ in sono eozum dulces fecit mo-
dos. Et dedit in celebratōibus decus: ⁊ oma-
uit tpa vsq; in cōsummationē vite: vt lauda-
rent nomē sanctum dñi ⁊ amplificaret mane-
dei sanctitatē. Christus purgauit pctā ip̄i⁹
⁊ exaltauit in eternū cornu eius. Et dedit illi
testamentū regni: ⁊ sedē gl̄e in israel. Post ip-
sum surrexit filius sensatus. ⁊ p̄pter illum de-
fecit omnē potentā inimicorū. Salomon im-
perauit in dieb⁹ pacis: cui subiecit deus oēs
hostes vt conderet domū in noīe suo ⁊ para-
ret sanctitatē in sempiternū quemadmodum
eruditus est in iuuetute sua. Et impletus est
q̄si flumen sapia: ⁊ terrā reterit aīa sua. Et re-
plesti in cōparationibus enigmata. ad insu-
las lōge diuulgatū est nomē tuū: ⁊ dilect⁹ es
ī pace tua. In cātilenis ⁊ puerbijs ⁊ cōpara-
tionibus ⁊ interpretationib⁹ mirate sunt terre:
⁊ in noīe dñi dei: cui est cognomen deus isrl̄.
Collegisti quasi auricalchū aurū: ⁊ vt plum-
buz cōplesti argentū: ⁊ inclinasti femora tua
mulierib⁹. Potestates habuisti in corpore tuo.
Dedisti maculā in gl̄a tua: ⁊ p̄phanasti sem-
tū inducere iracundiā ad liberos tuos: ⁊ in
ceteris stulticiā tuā: vt faceres imperiū bi-
partitū: ⁊ ex effraym impare imperiū durū.
Deus aut̄ nō dereliquit misericordiam suā
⁊ nō corrūpet nec delebit opa sua: neq; p̄det
a stirpe nepotes electi sui: ⁊ semen ei⁹ q̄ dili-
git dñm nō corrūpet. Dedit aut̄ reliquum ia-
cob ⁊ dauid de ip̄a stirpe. Et finē habuit Sa-
lomon cū oib⁹ p̄rib⁹ suis. Et dereliquit post se
semie suo gentis stulticiā: ⁊ imminutū a pau-
dentiā roboā q̄ aūrit gentē p̄ filio suo ⁊ hīero

Ecclesiasticus

boam filiū nabat q̄ peccare fecit isrl̄: et dedit viā peccādi effraim: et plurima redūdauerūt pctā ip̄oz. Valde em̄ auiterūt illos a fra sua. Et q̄siuit oēs neq̄tias vsq; dū pueniret ad illos defēsiō: et ab oib; pctis liberauit eos.

Et surrexit helyas p̄phe/ XLVIII ta q̄si ignis. et x̄buz ipsi q̄si facula ardebat. Qui induxit in illos famem et imitātes illū inuidia sua pauci facti sūt. Non em̄ poterant sustinere p̄cepta dñi. Verbo domini p̄tinuit celū et deiecit a se ignē terre. Sic amplificatus est helyas in mirabilibus suis. Et q̄s p̄t̄ similit̄ gloriari tibi: Qui sustulisti mortuū ab inferis de sorte mortis i verbo domini dei: q̄ deiecisti reges ad p̄nitentiam: et confregisti facile potentia ip̄oz: et gloriosos de lecto suo. Qui audis in syna iudiciū: et i ore b̄ iudicia defensionis. Qui vngis reges ad penitentiam: et p̄phetas facis successores post te. Qui receptus es in turbine ignis in curru eorum igneorū q̄ inscriptus es i iudicijs t̄pm lenire iracundia dñi: cōcillare cor p̄ris ad filium: et restituere tribus iacob. Beati sunt qui te viderūt: et i amicitia tua decorati sūt. Haz nos vita viuimus t̄m: post mortē autem non erit talenome nostrū. Helyas q̄ in turbine tectus est et in beliseo cōpletus est sp̄s ei. In diebus suis nō p̄tinuit p̄ncipem: et potentia nemo vicit illū. Nec sup̄auit illū x̄buz aliq̄d et mortuū p̄phetauit corp̄ ei. In vita sua fecit mōstra: et in morte mirabilia opatus est. In oibus istis nō penituit p̄ls: et nō recesserunt a peccatis suis vsq; dū abiecti sūt de terra sua: et disp̄si sunt in oēm terrā: et relicta est gens p̄pauca: et p̄nceps i domo dauid. Quidam ip̄oz fecerūt qd̄ placeret deo: alij autē mlt̄a cōmiserūt pctā. Ezechias munituit ciuitatem suā et induxit in mediū ei aquam et fudit ferro rupē: et edificauit ad aquā puteum. In diebus ip̄i ascendit sennacherib et misit rapsacem et sustulit manū suā contra illos: et extulit manū suā in sion: et sup̄bus factus est potētia sua. Tunc mota sunt corda et manus ip̄oz: et do uerūt q̄si p̄parturiētes mulieres. Et inuocauerūt dñm misericordē et expandētes man̄ suas extulerūt ad celū: et sanct̄ domin̄ deus audiuit cito vocē ip̄oz. Nō est commemoratus peccator ip̄oz: neq; dedit illos inimicis suis: s̄ purgauit illos in manu esaię sancti p̄phete. Deiecit castra assyriorū: et cōtriuuit illos angel̄ dñi. Nā fecit ezechias qd̄ placuit deo et for̄tē iuit in viā dauid p̄ris sui quā mādauit illi esaias p̄pha magn̄ et fidel̄i cōspectu dei. In dieb; ip̄i retro redijt sol: et addidit regi vitā. Sp̄u magno vidit vltia et cōsolatus est iugētes in sion: vsq; in sempiternū.

Mozia iosie in cōpositōe XLIX odoris facta: op̄ pigmētarij. In omni ore q̄si mel indulcabit ei memoria et vt mulica in p̄m̄io vini. Ipse est directus diuinit̄ in penitētia gētis: et tulit abominatiōnes impietatis. Et gubernauit ad dñm cor ip̄i: et in diebus peccatorum corroboraui pietatē. Ip̄es dauid et ezechias et iosiam oēs reges pct̄m p̄miserūt. nā dereliq̄rūt legē altisimi reges iuda. et cōtempserunt timorē dei. Dederūt em̄ regnū suū alijs. et gl̄am suā alienigene genti. Incēderūt electā sanctitatis ciuitatem et deſtas fecerūt vias ip̄i in manu hieremie. Nam male tractauerūt illū q̄ a ventre matris cōsecratus est p̄pheta: euertere et erucere et p̄dere. et iteruz edificare et renouare. Ezechiel q̄ vidit cōspectū gl̄e. quā oñdit illi i curru cherubin. Nam cōmemorat̄ est inimicorum in imbre: b̄n̄facere illis q̄ oñderūt rectas vias. Et duodecim p̄phetarū ossa pullulant de loco suo. Nā corroboraauerūt iacob: et redemerūt se in fide p̄tutis sue. Quō amplifimus zorobabel. Nā et ipse q̄si signū in dextera manu isrl̄. Et iesum filiū iosedech. Qui in dieb; suis edificauerūt domū. et exaltauerūt templū sanctū dñi: paratū in gl̄am sempiternam. Et neemias in mēoria multi t̄pis. q̄ erexit nob̄ muros euersos: et stare fecit portas et seras: q̄ erexit domos n̄ras. Mem o natus est in terra q̄lis enoch: nā et ip̄e recept̄ ēa terra. Et ioseph q̄ natus est hō. p̄nceps fratū firma mentum gentis. rector fratū. stabilimentuz populi: et ossa ip̄ius v̄s̄itata sunt. et post mortem p̄phetauerunt. Seth et sem apud hoies gl̄am adepti sūt: et sup̄ oēm aīa i origie adā.

Simon onie fili; sacerdos ma: L gnus q̄ in vita sua suffulsi domū. et i diebus suis corroboraui templum. Templi etiā altitudo ab ip̄o fundata est: duplex edificatio: et excelsi parietes templi. In dieb; ip̄i emanauerūt putei aq̄: et q̄si mare adimpleti sunt supra modū. Qui curauit. gētes suā: et liberauit eā a p̄ditōe. Qui p̄ualuit amplificare ciuitatē q̄ adept̄ est gl̄am in conuersione gentis: et ingressum dom̄ et atrij amplificauit. Quasi stella matutina i medio nebule. Et q̄si luna plena in dieb; suis lucet. Et q̄si sol refulgēs: sic ille effulsi in templo dei. Quasi arc̄ refulgēs in nebula gl̄e: et quasi flos rosarū in dieb; vernis: et q̄si lilia q̄ sunt i trāsitu aq̄: et q̄si thus redolēs in diebus estatis. Quasi ignis effulgēs: et thus ardēs i igne. Quasi vas auri solidum ornatum omni lapide precioso. Quasi oliua pullulans et cypressus in altitudine se extollēs. In accipien

Ecclesiasticus

do ipm stolaz gte ⁊ vestiri cū in psummatōe
p̄tutis. in ascensu altaris sancti gloriā dedit
sanctitatis amictū. In accipiēdo autez ptes
de manu sacerdotū: ⁊ ipse stans iuxta aram.
Circa illū corona fratru. ⁊ quasi plāratio ce/
dzi in monte libano: sic circa illū steterūt qua
si rami palme ⁊ omēs filij aaron in gloria sua
Oblatio autē dñi in manibus ipsorū: coram
omī synagoga isrl: ⁊ in cōsumatione fungens
in aram: amplificare oblationē excelsi regis:
porrexit manū suā in libatōe: ⁊ libauit de sã/
guine v̄ue. Effudit in sūdāmēto altaris odo
rem diuinū excelsi p̄ncipi. Tunc exclamaue
runt filij aaron: in tubis ductilibus sonuerūt
⁊ auditā fecerūt vocem magnā in memoriaz
coram dño. Tunc omīs p̄ls simul p̄perauerunt:
⁊ ceciderūt in faciem sup terrā adorare
dñm deū suū: ⁊ dare p̄ces oīporēti deo excel
so. Et amplificauerūt psallentes i vocib⁹ suis
⁊ i magna domo factus est sonus suauitatis
plenus. Et rogauit populus dominum ex
celsum in prece vsq; dum p̄fectus est honor
dñi: ⁊ munus suum perfererūt. Tunc descen
dens man⁹ suas extulit in omnē p̄gregatōnē
filioꝝ isrl: dare glaz deo a labijs suis: ⁊ i noīe
ipsi gloriari. Et iterauit orationē suaz volēs
oīdere p̄tutē dei. Et p̄ rursus plus orauit
deū oīm. Qui magna fecit in oī terra: qui au
xit dies n̄ros a ventre matris n̄re: ⁊ fecit no
biscum fm suā misericordiā: det nobis iocun
ditatē cordis: ⁊ fieri pacē in diebus nostris i
isrl p̄ dies sempiternos: credere isrl nobiscuz
esse dei misericordiam. vt liberet nos in die/
bus suis. Quas gētes odit aīa mea: tertia au
tem non est gens quā oderim. Qui sedent in
mōte seyr: ⁊ philistim ⁊ stultus p̄ls q̄ habi
tat in sychimis. Doctrinā sapie ⁊ discipline
scripsit in codice isto: iesus filius syrach. hie/
rosolymita: qui renouauit sapiētiaz de corde
suo. Beatus q̄ in istis p̄sãt bonis: Qui po
nit illa in corde suo: sapiēs erit semp. Si enīz
hec fecerit ad omīa valebit: quia lux dei ve
stigiū est.

Oratio iesu filij syrach

LI

Confitebor tibi domie rex: ⁊ collauda
bo te deū saluatorem meū. Cōfitebor
nomi tuo qm̄ adiutor ⁊ p̄tector: fact⁹
es mihi. ⁊ liberasti corpus meū a p̄ditione a
laqueo lingue inique: ⁊ a labijs opantiū mē/
daciū: ⁊ in conspectu astantiū fact⁹ es mi
hi adiutor. Et liberasti me fm multitudinez
misericordie nomis tui a rugientib⁹ p̄paratis
ad escā de manib⁹ querētū aīam meam: ⁊ de
portis tribulationū q̄ circūdederūt me. A p̄s
fura flamme q̄ circūdedit me: ⁊ i medio ignis

non sum estuatus. De altitudine ventris isre
ri ⁊ a lingua coinquinata ⁊ a v̄bo mendaciū
⁊ a rege iniquo: ⁊ a lingua iniusta. Laudabit
vsq; ad mortē aīa mea dñm: ⁊ vita mea ap
propinquās erat in inferno deorsum. Circū
dederūt me vndiq; ⁊ nō erat qui adiuuaret
Respiciēs eram ad adiutoriū hoīm ⁊ n̄ erat
Memoratus sum misericordie tue dñe: ⁊ co
opatiōnis tue que a seculo sunt qm̄ eruis su
stinentes te dñe: ⁊ liberas eos de manib⁹ gen
tium. Exaltasti sup terrā habitatōez meā ⁊ p
morte defluētī de p̄catus sum. Inuocaui do
minū p̄rem domi mei: vt nō derelinquat me in
die tribulationis mee: ⁊ in tempe supborum
sine adiutorio. Laudabo nomē tuuz assidue
⁊ collaudabo illud in p̄fessione: ⁊ exaudita ē
oratio mea. Et liberasti me de p̄ditōe: ⁊ eru
isti me de tempe iniquo. Propterea confite
bor ⁊ laudem dicā tibi ⁊ b̄ndicam nomē dñi
Cum adhuc iunior sum: p̄s q̄ oberrarem q̄
siui sapiam palā in ortōne mea. Nū tempus
postulabā p̄ illa: ⁊ vsq; in nouissimis inquit
ram eā: ⁊ florebit tanq̄ p̄quor v̄ua. Leta
tum est cor meū i ea: ambulauit pes me⁹ iter
rectū: in iuuetute mea inuestigabā eaz Inclī
nauī modice aurē meā ⁊ excepi illā. Multaz
inueni in meīso sapiam: ⁊ multum p̄feci i ea
Dati michi sapiam dabo glām Consiliatus
suum em̄ vt facerē illā: zelatus sum bonū ⁊ nō
cōfundar. Colluctata est aīa mea in illa: et
in faciendo eā cōfirmatus sum. Quā meaz
extendi in altū: ⁊ in sapiētia eius lux aīa
mea: ⁊ ignorantias meas illuminauit Animā
meā direxi ad illā: ⁊ in agnitōne inueni eam.
Possedi cū ipa cor ab initio: p̄pter hoc non
derelinquar. Venter me⁹ conturbatus est q̄
rendo illā: p̄pterea bonā possidebo possessio
nem. Dedit em̄ michi dñs linguā mercedem
meā: ⁊ in ipa laudabo eū Propriate ad me
indocti: ⁊ p̄gregate vos in domū discipline.
Quid adhuc retardatis: ⁊ qd̄ dicitis in his?
Die vestre sitiūt vehemēt. Agerui os meuz
⁊ locut⁹ sum. Cōparate vob sine argēto sapi
entiā ⁊ collū vestrum subiicite iugo ei⁹: ⁊ sus
cipiat aīa vestra disciplinā. In pximo est
em̄ inuenire eā. Videte ocul vestris qz modi
cū laboraui: ⁊ inueni mihi mltā req̄. Assumi
te disciplinā in mltō numero argēti: ⁊ copio
sum aurū possidete in ea. Letet aīa vestra
in misericordia eius: ⁊ nō cōfundemī in lau
de eius. Operami opus vestrū ante tempus
⁊ dabit vobis mercedem vestram in tempo
re suo.

Explicit liber Ecclesiasticus.

Incipit oratio Salomonis.

Esaías

Etinclinavit salomō genua sua in cō-
spectu totiꝝ ecclie isrl. et aperuit manꝝ
suas ad celum ⁊ dixit. Domine deus
isrl nō est similꝝ deus in celo sursum: neqꝫ i ter-
ra deorsum: q̄ custodis testamentū tuū et mi-
sericordiā pueris tuis euntibus in conspectu
tuo in toto corde fuās puero tuo dauid que
locutus es illi: ⁊ locutus es in ore tuo: ⁊ i ma-
nu tua implesti q̄si dies iste. Et nunc domine
deus isrl custodi puero tuo dauid patri meo
q̄ locutus es illi dicēs. Nō deerit tibi vir a fa-
cie mea sedēs in throno isrl. verū tamen si cu-
stodierint filij tui legē meā: ⁊ in p̄ceptis meis
ambulēt. sicut ambulauerūt in p̄spectu meo
fideles. Et nūc dñe deus isrl. creditū est verū
bum qd̄ locutus es puero tuo dauid: q̄niam
si vere habitauit deus cū homibus in terra.
Si celū ⁊ celi celozū nō sufficiāt tibi: quanto
magis domꝝ hec quā edificauī. Sed respici-
as ad orationē serui tui: ⁊ deprecationē eiꝝ: vt
exaudias dñe placationē oratiōis quā puer
tuꝝ orat corā te hodie: vt sint oculi tui sup do-
mū hāc die ac nocte. i locū quē dixisti iuoca-
re nomen tuū: ⁊ exaudias orationē quā puer
tuus orat in hoc loco: ⁊ exaudias p̄cationē
pueri tui et ppli tui israel. si orauerint in loco
isto: ⁊ exaudias in loco habitatiōis de celo:
⁊ exaudias et ppitiꝝ sis. si peccauerit vir i te.

*Explicit Oratio Salomonis. Incipit
plogus in Esaiaꝝ prophetam.*

Nemo cū pphetas x̄sibus vide-
rit esse descriptos: metro eos es-
timet apud hebreos ligari: et
aliqd̄ sile habere de psalmis v̄l
opibus Salomonis. Sꝫ qd̄ in
Demosthene ⁊ Tullio solet fieri: vt per cola
scribant ⁊ comata: q̄ vtiqꝫ p̄sa ⁊ nō x̄sibus cō-
scriperūt. Nos q̄ vtilitati legentiū puiden-
tes. interpretatōz nouā nouo scribendi genere
distingimus. Ac p̄muz de Esaia sciēdum. q̄
in sermone suo disertus sit. quippe vt vir no-
bilis et vrbane elegātie: nec habēs q̄c̄qꝫ i elo-
quio rusticitatis admixtuz. Vñ accidit: vt p̄
ceteris florē sermonis eius: trāslatio nō potu-
erit conseruare. Deinde etiā hoc adhiētūduz:
q̄ nō tam p̄pheta dicēdus sit. q̄ euāgelista
Ita em̄ vniuersa x̄pi ecclesieqꝫ mysteria ad li-
quidum p̄secutus est. vt non putes eū de fu-
turo vaticinari. s̄ de p̄teritis historiā texere.
Vñ conitio noluisse tūc t̄pis septuagita in-
p̄tes fidei sine sacramēta p̄spicue ethniciis p̄-
dere: ne sanctum canibus ⁊ margaritas por-
cis darent. que cū hanc editionē legeritis ab
illis animaduertētis abscondita. Nec ignoro

quanti laboris sit pphetas intelligere: nec fa-
cile quēpiam posse iudicare de interptatio-
ne: nisi itellexerit ante que legerit. Nos quo-
qꝫ patere moribus plurimozū qui stimulatē
inuidia: quod conse qui nō valēt. despiciunt
Sciens ergo et prudēs in flammā mitto ma-
nū: ⁊ nihilominꝝ a fastidiosis lectoribus p̄-
cor: vt quomō greci post septuaginta trāslato-
res aquilam ⁊ symmachū. ⁊ theodotionē le-
gunt: vel ob studiū doctrine sue. v̄l vt septu-
aginta magis ex collatōe eozū intelligāt: sic
⁊ isti saltez vnū post priores habere dignent̄
interpretem. Regant prius. et postea despici-
ant ne videant nō ex iudicio sed ex odij p̄sū-
ptione ignorata damnare. P̄pheta autē
esaias in hierusalē et iu iudea: necduz decem
tribubus in captiuitatē ductis: ac de vtroqꝫ
regno nūc cōmixtum: nunc sepatim textit ora-
culū. Et cum interdū ad p̄sentē respiciat hi-
storiam. ⁊ post babilonie captiuitatem redi-
tum populi significet in iudeā: tñ omis eius
cura de vocatione gētū ⁊ de aduētū x̄pi est.
Quē q̄sto plus amatis opaula ⁊ eustochiū
tantomagis ab eo petite: vt p̄ obtrectatione
p̄senti q̄ me idēfinent emuli laniāt: ipse mihi
mercedem restituat in futuro. qui scit me ob
hoc in peregrine lingue eruditione sudasse:
ne iudei de falsitate scripturaruz ecclesijs eiꝝ
diutius insultarent.

Explicit prologus. Incipit argumentuz.

Esaias in hierusalem nobili
genere ortus est: ibiqꝫ p̄phe-
tauit. Sub Manasse rege
sectus in duas partes occu-
buit. Sepultusqꝫ est s̄b quer-
cu' rogel iux̄ trāsitū aqꝫ. q̄s
olim Ezechias rex iacto obstruxerat puluē.

*Explicit argumentum.
Incipit Esaiaꝝ propheta. Caplm I*

Uisio Esaie
filij Amos: quam vidit
sup iudam et hierlm. in
diebus ozie ioathā. ach-
qꝫ et ezechie regū iuda.
Audite celi et auribꝝ p̄ci-
pe terra. qm̄ dñs locutꝝ
est. Filios enutriui ⁊ exaltaui: ipsi autē spreue-
rūt me. Cognouit bos possessore suū: ⁊ asinꝝ
p̄sepe dñi sui. Isrl autē me nō coguit: ⁊ popu-
lus meus nō intellexit. De genti peccatrici:
populo graui iniquitate. semini nequā: filijs
sceleratis. Dereliquerunt dñm. blasphemā-